negat teneatꝭ.ꝙ sic declaratꝭ. Cū em̄
ꝟ sacrm̄ sit sacrm̄ veritatꝭ & nō decet
aliq̄ fictō3 circa eū fieri q̄ qs obijcē
posset.si qs dicere hrēt se nō vidisse
xp̄i spēm.ꝟ solū q̄ndā ymagine3 de
nouo creatā.prout alia opio pretē-
dit dicē.sic etiā ampli9 fortificatur fi
des ꝙ fidelis dicere pt secure audiē
do missā.vidi dn̄m xp̄m.l3 solū vide
rit spēm pāis q̄ si eū dicē optet vidi
spēm pāis ſb q̄ ꝯtinetꝭ vt creditꝭ xp̄s
quāuis vtrūq3 sit veꝝ p̄mū tñ fideli
b9fatꝭ. Item quarto ex ꝟ q q2 talꝭ ap
paritio vt patebit fit in fidei corro-
boratō3.si hoc ergo ꝙ apparet non
esset veru3 christi corpus tūc fieret
corroboratio non per aliqd veri sed

Tertia rō.

Quarta rō

fictí q̄ð est inconueniens asserere. Et licet alij dicant q̄ propterea nō erit fictio falsa. quia s̄m Augustinum in libro de questionibus euangelij. cum fictio nostra refertur ad aliquā significationem non est mendaciū sed figura veritatis. Adhuc tamen replicant alij in oppositum q̄ quia Augustinus concedit fictionem. licet in figuram veritatis. adhuc tñ fictio reputatur ꝛ ab infidelibus calumpniam pateretur fides si figura demonstrans presentiam christi nō esset eius vera forma. sed potius aliena. ¶ Ad secundā vero partem sermonis quo ad conclusionem q̄ð videlicet in sacramento altaris tantū ꝛ in nullo alio sacramento deus operatur miraculosas operationes quo ad visum ꝛ gustum patet ex ratōne ꝛ ex exemplis sanctorum ac eorū dictis. ¶ Quia enim hoc sacramentū est fidei ministeriū id est pre cūctis alijs sacramentis continens altissimas speculationes fidei. vtpote nō solum humanum sed etiam angeli cum intellectum transcendentes vt q̄ð totus christus vt in cruce pependit est sub parua quantitate hostie non excedens illius hostie quantitatem. Sed totus in tota hostia et totus in qualibet parte ꝛ plura alia vt patebit in sequentibus ibi fiunt cottidie miracula. Ideo propter sui difficultatem ad credendum deus operatur huiusmodi apparitiones tam ad visum q̄ȝ ad gustum miraculosum. Unde Pascasius papa vt recitat in suis sermonibus. Sctūs Tho. dicit. Si quis exempla ꝛ vitā sanctorum legerit non ignorat q̄ in sacramento altaris aut propter dubitantes aut propter ardentius amātes. xp̄s se manifestare in forma pueri aut carnis sepe non obmittit. vt q̄ð lateret in mysterio patesceret in miraculo. Sunt ꝛ alie cause due. s. propter ardentius amantes ꝛ vt infidelium exprobrantiū confutetur temeritas. deduc ad placitum.

Scd̄a ps s̄monis sup q̄ōnē cur h̄mōi miraculose app̄itiōes fiāt a dō ꝛ s̄t tres cāe. s. fidei corroboratio. charitatis ostensio ꝛ infideliū ꝯfutatio.

¶ Exempla.

¶ Potest predicator resolutius in gestis ꝛ miraculis sanctorum varia super precedentia narrare mirabilia ī diuersis locis ꝛ per diuersos sctōs exibita que breuitatis causa obmittuntur. ¶ Capiat enim si voluerit que nouissimis iam temporibus acta sūt pataule circa cruorem erumpētem ex perforatione hostie seu particule cuius cruoris vestia adhuc in cultro cernuntur cum quo iudeus quidam vt processus habitus ibideȝ in iudeorum punitionem continet ipsam hostiam salutarem perforauit vel capiant super miraculosum gustum de quo in sermone tactum est ex promptuario exemplorum vel ex sermōibus discipuli de eucharistia vel ex cesarij dyalogo. in quibus varia narrantur de mirandis suauitatibus quos quidem vel ex solo aspectu sacramenti aut eius sacramentali sumptione perceperūt que ad placitum manent predicantis cum iaȝ breuitati sit insistendum.

¶ Sermo octauus q̄ alique ymagines que apparent nō sunt imagines christi sed formantur circa coloreȝ et figuram hostie.

Sacramentum regis abscondere bonum est &c. vt supra. ¶ Cum ex precedentibus patuit documentis sepe contingũt miraculose apparitiones ymaginum. vł quia formantur a bonis angelis in oculis videntium. vel quia vera christi humanitas que in sacramẽto continetur se manifestat in toto id est totali humana forma parua magna. vel in parte carnis aut sanguinis. vt vbi vinum consecratũ in calicem verteretur inuisibilem cruorez vel in hostia appareret carnis portio. Restat iam declarare tertiũ modum apparitionis ymaginum quando nullus predictorũ modorum formãtur sed ipa accidẽtia hostie vt est color figura seu rotũditas ad quasdam ymagines transformãtur. Sed saluteretur virgo &c. Pñs sermo quia habet declarare vnum specialem modum apparitionis q̃rundam figurarum in sacramento altaris vbi qualitatiue dimensiões hostie. id est die weysse farb ð hostien mit jr braytvñ leng verwãdlet wirt in gestaltnüß etlicher pyldung oder i flayschẽde oder blutige farb do von vil lerer schreyben. amministrabit duplicem salutarem doctrinam.

¶ Prima q͏ sepe accidentia hostie mutantur in varias species.

¶ Scda q͏ a sacerdotibus non ẽ sumendum dum durant huiusmodi miraculose species. Partes fundãtur super duas conclusiones ꝓpter duas questiones quibus per cõclusiones respondet fundatur. Pñã sup questionem vbi querit in quib⁹ casibus veritatem habeat modus ille apparitionis a doctoribus positus vbi qualitatiue ꝛ quãtitatiue dimẽsiones hostie &c. vtš. tactum est. mutantur in ymagines vel similitudines carnis aut sanguis. Datur hec conclusio q͏ licet hic modus apparitionis de quo tractabimus possit saluari etiam in duobus modis apparitionum supra tactis per duos sermones tamen dici potest q͏ saluatur etiam in speciali vbi quedam extrance figure aut ymagines xp̃o vt in sacramento est non conueniẽtes miraculose apparent. Ad scdaz difficultatez vbi queritur. Quid faciendum sit sacerdoti in casu cuiuscunq͏ apparitionis. An sub tali apparitõne sit eucharistia sumenda. Datur hec cõclusio. quia hoc sacramentum a christo sub nulla forma miraculosa. sed tm̃ sub panis ꝯsueta specie fuit discipulis traditum et sic institutum. Ideo solum sub huiusmodi specie panis consueta est sumendum. Prima conclusio quoad primam partem non habet difficultatem apud eos doctores qui nolunt concedere q͏ xp̃s in propria forma se permittat intueri in sacramento. lз vt ꝓbatũ est nõ repugnat fidei etiã ꝯз aliquos magnos doctores vt Alexandrũ de ales ꝛ suos secutores hoc defendentes qð in propria forma tunc videatur siue vni siue pluribus ad breue vel ad longũ temporis spatium sic appareat. Cũ quia aliјs hoc videtur incõueniẽs vt dictum est q͏ xp̃s se permittat in sua forma intueri in hac vita. Traduntq͏ alium modum possibilez ꝑ quã huiusmodi apparitiones fiant scilicet per miraculosam conuersio

Diuisio sermonis sup duas qõnes ꝛ duas difficultates.

Miraculosa apparitõ fit interdũз ꝑ immutationẽ spẽruз panis ꝛ vini i ymagines aut colores carnis ꝛ sanguis.

nem qualitatis id est albedinis ꝛ ro
tunditatis hostie in alium colorem
rubeum aut ymaginis formam. de
qua iam tractandum est vt secunda
pars conclusionis tangit. Ideo ne
populus estimat doctores sibiinui
cem contrariari in factis fidei q̄ etiã
semper confortandus est. Dicamꝰ
ꝙ hic modus apparitionis per im-
mutationē miraculosam spēi figu-
re ꝛ saporis. panis saluatur optime
quando alique extranee figure que
xp̄o non ꝓprie conueniunt vt est in
sacramento apparēt. vt vbi forma
agni vel forma beate virginis pue-
rum in brachio portantem aut sup
genua xp̄m de cruce depositū baiu
lantem apparent. sic em̄ xp̄us in sa-
cramento non continetur vt mani-
festum est sed continetur vt sedet a
dextris dei. Oportet ergo hic cõce-
dere ꝙ hmōi ymagines cuꝫ nō sint
ꝓprie xp̄i corporis species qꝺ fiant
vel a bonis angelis formantes hu-
iusmodi species in oculis intuenti-
um. eo modo quo supra tactum fu
it in sexto sermone vel ꝙ fiant mira
culose per transmutationes circa q̄
litates ꝛ consuetas species pāis de
quibus iam mentio fit. verum cum
supra tactum est ꝙ tunc in ocul' vi-
dentium boni angeli formant visio
nes quando vni sub specie pāis cõ-
sueta sacramentum ꝓponitur ꝛ alii
ibidem existentis sub specie aliqua
miraculosa sub vna ꝛ eadem hora
ꝛ non diu sic remanet species mira
culosa. Ideo dicere oportet ꝙ vbi
sic extranea forma apparet equali-
ter omnibus ꝛ diu perseuerat ꝙ tūc
modus ille de quo tractamus locū
habet videlicet qꝺ fiunt miraculose
immutatiōes circa species seu colo
res ꝛ figuras hostie extrīsecas. quē
modum vt clarius intelligamꝰ ge-
sta aliqua sunt ꝓponenda ꝛ post de
claranda. Nam Cesarius in dyalo-
go suo inter alia refert de quodam
sacerdote qui plurimū dubius circa
sacramentum an ibi esset veruꝫ xp̄i
corpus semel dum celebraret facta
consecratione ante sumptionem te
nens hostiam in manibus subito vi
dit in hostia formam agni. circūuol
uens aūt hostiam qꝺ naꝫ ex altera
parte apparēt vidit virginem bea-
tam puerum in manibus seu bra-
chiis baiulantē. Iterum denuo re-
uoluens vidit ymaginem xp̄i i cru-
ce pendentem semper nouis appa
ritionibus se obiicientibus. Anxia
tus super hoc ꝛ de sua in credulita
te dolens plurimum affectabat li-
cet petere formidaret vt ad pristinā
speciem rediret qꝺ etiam cū factuꝫ
fuit sumpsit ascendensqꝫ amboneꝫ
cum lachrymis que sibi acciderant
cunctis enarrauit. Ad ꝓpositum vti
qꝫ nostrum. si quis instaret quomo
do huiusmodi apparitiones yma-
ginum formabātur certe dicē optet
ꝙ cum ipe solus hec videbat ꝛ ne-
mo ex circūstātibus qꝺ ministerio
boni angeli ex diuina pietate q̄ ipꝫ
ab errore reuocare voluit formabā
tur visiones diuerse in oculis suis
manentibus tamen speciebus pāis
seu hostie quas alii videbant. sacer
dos autem minime eo ꝙ figuris il
lis occultabantur. Si vero ab om-
nibus equaliter vise fuissent ymagi
nes non extranee ꝛ per longuꝫ tem
pus sicut sepe accidit ꝛ in scriptis
quarti sententiarum distinct. x. de-

ctores. dictum Germandi cuiusdā epi super sacramentum q̄ suo tempore comptum fuit miraculosum allegant qd̄ de multoꝝ epoꝝ ꝯsilio illud inclusum fuit in pixidem ꝛ sigillatum hoc quod apparebat i specie corporis xpi. Certe s̄m Alexandꝝ vt supra de ales dici potest q̄ vera xpi caro sic apparebat mō quo s̄ facta fuit. Si vero aliene species extranee vt superius sacerdoti factū fuit apparerent ꝛ diu sic durarent ꝛ equaliter ab omnibus viderentur. Dici potest pro simplicium informatione. licet non scolastice q̄ tunc q̄litates hostie immutantur miraculose. Qualiter fit sunt duo modi dicendi. vnus petri de tharantasio. alius sancti thome. Sed quia popul⁹ talis doctrine non est capax obmittitur ad p̄ns. lector aūt iueniet si voluerit in eorum scriptis. iiij. sniarū distin. x. de sacro miraculoso ꝛ tm̄ de prima pte s̄monis. Pro secūda vero pte quid sacerdoti faciendum sit de sacro miraculoso ꝛ licet materia nō defuiat nisi sacerdotibus tm̄ ꝛ laycis sicut in fidei corroboratione. nem ita ꝛ deuotōnis augmentū deseruire potest. In questione ḡ An in tali casu apparitionis vbi videlicet sacerdoti post consecrationē apparet quecunq̄ forma miraculosa etiam si non appareret circūstantibus nisi consueta panis specie sit sumenda ꝛ q̄dem licet conclusio superius posita dicat q̄ non eo q̄ xpi institutio ꝛ aploꝝ cōmunio facta non fuit nisi sub consueta pāis specie. Quia tamen alicui posset videri q̄ sic esset sumēda eucharistia eo q̄ cum sit semper cum deuotōe sumenda ꝛ talis apparitio multū deseruit ad augmentum deuotionis. Ideo non repugnare videtur sumptio tali apparitioni. Item cum sacerdos tenetur integra sacramenta sumere aut ab integris abstinere de consecratione distinc. ij. Cōperimus. verbis Gelasij pape ꝛ sacerdos nō habet aliam hostiam consecratam videtur q̄ debeat sic sumere. Sed quia hec argumenta a doctoribus soluuntur. Ideo cauendum est sacerdoti a sumptione. Nam ad primum dicit sanctus Thomas i suo quarto sententiarum distincti. x. et similiter i tertia parte summe q̄ cū duplex possit esse deuotio. videlicet ad reuerentiam sacramenti aut ad eius sumptionem. Et miraculosa apparitio potius deseruit in excitationem deuotionis ad venerandū hoc sacramentum ꝛ non ad mādu-candum. ymo vbi in specie carnis cruentate appareret. Potius horror ad māducādū incutēt ꝛ sb̄ ymagis spē ꝯpassio. Jdō argumētū n̄ cōcludit. Ad s̄m etiā cū dī q̄ nō h̄ aliā hostiā ꝯsecratā ad sumēdū. Dicit ꝑfat⁹ doctor q̄ in tali cāu sacerdos iterū dꝫ celebrare ꝛ ꝯsecratā sumē. Et si dicat q̄ si iterū appeat spēs miraculosa vel etiā tertia ꝛ quarta vice dicit. Quidam dicunt ꝛ bene q̄ sufficit tūc spiritualis māducatio nec per hoc fiet transgressor constitutionis ecclesie allegate quia est vnus singularis casus ꝛ leges de his que frequentius accidunt aptantur. Et addit sanctus Thomas in corpore questionis q̄ quia vsus die yebung sacramenti debet respondere sacro sicut baptism⁹ cū sit absolutio q̄dā

Scda ps s̄monis. An sacm miraculosum sit spualiter suadū ꝛ n̄ sumendum.

originalis culpe congrue fit p aquã eo q aque proprie conuenit ablutio. Ideo congrue etiam hoc sacramentum sub specie panis debet sumi. eo q eius vsus est spũalis refectio. sicut baptismus spũalis ablutio. Et hec sufficiant de sacramento miraculoso.

¶ Exemplum superius fuit positum vel si addere vult inueniet vt supra tactum fuit in diuersis libris plura exempla.

¶ Solum vt predicator valeat pplo vulgarisare terminos dicat q pm⁹ modus apparitionis vbi vni appa ret miraculosa species aliq. vt ymago vel forma carnis aut sanguinis in calice. alteri non sed solum intuetur consuetam speciem carnis. Dicat qd hoc fiat ministerio bonorum angelorum qui vel nouas tales spẽs formant circa sacramentum vel educũt de memoria huiusmodi spẽs et offerunt primo sensui cõmuni et expost recipit ex fonti ymaginatõnis sensus exterior visus ac si essent pñtes Dicat etiam q non habet locum hic ars prestigiosa magorum. tryegnus der funff synnen. q talia fiũt a mal spiritibus in deceptionem et animarum seductionem. Scds mod⁹ fit vt dictum est quando corpus christi apparet vel pars eius in propria forma licet non glorificata omnibus indifferenter et longo tempore quia hoc habet in potestate corpus glorificatum vt videatur sicut velit in toto vel in parte etc. vt dictum est. Tertius modus quãdo apparet in specie aliena vt agni vel beate virginis etc. vt tactum est. Dicat q tunc fit immutatio circa speciem panis et figurã. id est rotunditatem et etiam sepe saporem in gustu. Ita qd illa albedo mutatur in rubedinem vel carnis formam aut ymaginem que apparet et hoc sm Thom. Sm vero petrum de tharantasia nõ mutãtur illa accidentia vt albedo rotunditas etc. sed manent et occultãtur per alias nouas species scilicet rubedinis aut ymaginis etc. et illis sic ammotis tunc apparent denuo consuete species et accidentia que prius obijciebantur sensibus et in istis stat sũmarie tota materia de sacramento miraculoso quantum populo est predicandum. Sm vero q inter doctos scolastice huiusmodi materie ventilantur si quis inspicere velit tractatum quendam desuper collectũ qui et de miraculoso sacramento intitulatur per conclusiones et corelaria plurima videat.

Sermo nonus secunde partis.

Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita Johannis sexto. Quia intẽtio predicatoris. vt in principio huius secunde partis tactum fuit. vult habere vt post declarationem eorum que ad sensum pertinent visus vt ẽ sacerdos consecrans et species panis que videtur de quibus necessario vt dictum erat tractandũ fuit vt sic eẽntia corpis xpi iclusa tãq sola intelligatur cum omnis nostra co-

Diuisio ser
monis i du
as qstiones
An sub ho
stia pañis sit
p⁹ consecrati
onem verum
xpi corpus
vel solū simi
tudinarie.

gnitio intellectiua vt est cognitio ff
dei ꝯ d pñs ortū habet a sensu. Modo
iam de ipa essentia corpis xpi qua-
liter sit sub sacro tractandum ē. Sa
lutet virgo ꝛc. Pñs sermo duas cō
tinet saluberrimas doctrinas quaꝝ
Prima ꝙ veꝝ xpi corpus ꝛ non si-
militudo eius contineat sub sacro
est declaratiua. Scda qualiter xps
sub duplici specie panis vini in al-
tari dum eleuatur est latria adoran
da. He partes habent duas qōnes
quaꝝ veritates fundāt super duas
conclusiones q̄ etiā ꝯclusiones dāt
intelligere. primo in generali essen
tiā ꝛ pfectōꝫ ac dignitatē hui⁹ sacra
menti. scda eius veneratione ꝛ qsti-
ones mouentur pcipue prima a do
ctoribus in q̄rto sniaꝝ distinctōe. x.
Utrū corpus xpi sacratissimum et
dignissimū sit vere ꝛ psonaliter sub
specie panis seu hostie post ꝯsecrati
onem addat pdicator ꝙ similis int
rogatio potest fieri de calice. An ibi
sit post consecratōꝫ ꝛvandelūg. san
guis eius tm̄ vel etiā totus xps. vt ē
sub hostia panis. ꝛ dat sup pmā q̄-
stionē hec finalis conclusio a sanct
doctoribus licet qdā heretici vole-
bant ꝙ nō vere ꝛ psonaliter. ꝫ soluꝫ
in similitudine ꝛ signo esset sub ho
stia post consecrationē xpi corpus
putantes ꝙ nemo esset dignus tan-
gere aut sumere ipm xpi corp⁹. ta-
men in oppositū est mens ꝛ institu
tio xpi. qd oino sub pena eterne dā
nationis. quilibet catholicus adul-
tus habeat credere ꝛ ita adorare et
venerari ipm xpm esse psonaliter p
sentem sub hostia panis consecrati
one facta a sacerdote. Partes ꝯclu
sionis sunt tres. Prima repellit er-

Cōclusio p
missionis.

rorem damnabilem. Scda exprimit
veritatē credendā. ꝛ Tertia saluta-
rem venerationē quomō videlicet
sit veneranda ꝛ adoranda salutaris
hostia. Videamus de singulis et p
vn̄ ille error habuit originem. Ubi
notandū ꝙ licet scdm Bonauentu. in
suo q̄rto sniaꝝ pfata dist. vt etiā con
clusio tangit origineꝫ accepit ex eo
ꝙ estimabant neminē esse dignū in
mundo ad tangēdum ꝛ sumenduꝫ
psonā xpi nihilominus qꝛ ptinacit
frefelich. hoc volebant defendē per
falsas expositiones verboꝝ xpi ꝛ ꝯ
mentem vniuersalis ecclesie ꝛ sctō
rum doctoꝝ. Ideo tanq̄ hērici fue
runt condempnati cū eoꝝ falsa do-
ctrina. fuerunt aūt eoꝝ fundamēta
triplicia. primo qꝛ em̄ Joh. xv. xps
dicit. Ego sū vitis vera. ꝛ scdo apls
.j. Coꝝ. xv. petra aūt erat xps. Iteꝝ
Joh. vj. verba q̄ locutus sum spūs
ꝛ vita sunt. Et spūs est qui viuificat
caro nō pdest qcq̄. Volebant isti
heretici ꝙ xps de suo corpe silitudi
narie fuisset locutus sicut ꝙ eēt vi-
tis ꝛ petra. Et sic volebant retorque
re ad spiritualem sensum ꝛ sic dece-
pti. Sed ꝙ false intellexerunt ver-
ba christi. hoc sic declaratur. Nam
cum scdm beatum Augustinum in
de verbis domini. Intellectus ver
borum christi. an figuratiue loqua
tur aut non. accipi debet ex prece-
dentibus. aut sequentibus eius ver
bis vel ex aliis scripture locis. Et qꝛ
illis verbis. Ego sum vitis. xps sta-
tim subiunxit. Et vos palmites. et
constat ꝙ discipuli non erāt palmi
tes naturales sed tm̄ figuraliter. ita
ꝛ ipe figuraliter fuit vitis id est vt si
gnum vitis. Ideo ꝛ ei⁹ locutio erat

Pria pars
ꝯclonis.

ad similitudinem rerum q̃ sic palmes non facit fructum nisi manserit in vite. Ita nec ipsi apostoli aut aliquis fidelium sed arescit ⁊ in ignem mittitur. Quando autem dixit. Hoc est corpus meum ⁊c̃. q̃d de vero ⁊ naturali suo corpore intellexit. patet per sequentia verba cuȝ immediate subiunxit quod pro vobis tradetur supple in mortem. Et sic super calicem dum dixit. Hic ẽ calix sanguinis mei ⁊c̃. statim subiũxit qui pro vobis effundetur. voluit vt itelligeremus de vero suo sanguine effundendo ⁊ non similitudinario. Sic etiam ad secundum fundamentum super verba apostoli. vbi dixit. Petra autem erat christ⁹ ibi figuratiua fuit locutõ q̃ apostolus intelligere dedit cum premiserat. Bibebant autẽ omnes de spiritali consequente eos petra id est de spirituali petra que erat christus inquantum signabat christum. eo q̃ cuȝ bis percussus silex dedit aquaȝ significabatur q̃ percussio ⁊ vulneratio christi in cruce facta fuit diuinitati ⁊ humanitati christi quia ver⁹ deus ⁊ homo christus erat pendẽs in cruce. Tertium etiam fundamẽtum eorum inuenitur erroneum. Iuxta magistrum in textu sententiarum vbi dicit distin. x. quarti sentẽtiarum q̃ cum prima heresis facta fuit in discipulis christi propter verba que dixerat. Nisi quis manducauerit carnem meam ⁊ bibit meũ sanguinem non habebit vitam eternam. Illi iudei non intelligentes dixerant. durus est hic sermo quis potest eum audire ⁊ abierunt retro Illis discedentibus instruxit dominus duodecim qui remãserãt. Spiritus est qui viuificat caro non prodest quicq̃. Verba que locutus sũ. spiritus ⁊ vita sunt. Ex quibus verbis dum heretici volunt dicere q̃ verba xp̃i sint de spirituali signo. spiritualiter intelligenda inquantum h̃ corpus q̃d videbant oculis exteriorib⁹ non ita essent comesturi visibiliter. vt videbant foris. sed spiritualiṫ id est inuisibiliter ⁊ sacramẽtaliṫ eẽnt comesturi. Unde Augustinus super predicta verba christi ip̃m quidem ⁊ non ip̃m corpus q̃ videbatur manducatur ipsuȝ inuisibiliter nõ ipsum visibiliter. ac si dicatur. non visibiliter in forma humana. sed inuisibiliter sub forma panis sumiṫ. Et sic patet eradicatio erroris eorum qui volebant christum solum vt i signo esse sub specie panis. Pñ ad secundum q̃d in conclusione ponitur. scilicet veritas credenda hec sumenda est ex dictis sanctoruȝ doctorum. cum enim detestabile sit. vt cecus viam videnti demonstrat. Ita abhominabile est vt illiteratus de veritate dubitet. de qua vidẽs doctor non diffidat. Et quia sancti doctores hanc veritatem catholicam demonstrant videlicet q̃ vera ⁊ personalis p̃sentia corporis christi nobiscum sit hic in terris. Ideo audiamus eorum dicta. Naȝ primo Augustinus loquitur super Johannẽ Hoc est q̃d dicimus q̃ moduȝ omnibus approbare contendimus sacrificium ecclesie. duobus confici. duobus constare visibili panis specie ⁊ inuisibili domini nostri ihesu christi carne ⁊ sanguine. Item Eusebius nissenus. Inuisibilis sacer-

Scd'a ps cõclusionis.

Nota au̇ctoritates s̃ctor̃ sup̃ v̄ritatẽ sacri

dos scilicet christus. visibiles creaturas scilicet panis ⁊ vini species in substantiam corporis ⁊ sanguinis sui verbo suo secreta potestate cõmutat. Item Ambrosius in de sacramentis. Panis est in altari vsitatus ante verba sacra vbi accessit consecratio de pane fit caro christi. Si dicis quomodo potest esse ꝙ panis fiat corpus christi. Dicimus ꝙ consecratione que fit christi s̃mone. Item si tanta vis est in sermone domini vt inciperent esse que non erant quanto magis operatorius ẽ sermo. vt que erant maneant ⁊ ĩ aliud mutẽtur. Rationibus autem si probare super auctoritates velim⁹ inuenimus quasi innumeras cur videlicet decuit christum. Sic presentialiter ⁊ sacramentaliter in suo glorificato corpore mãere nobiscuꝫ vsqꝫ ad consũmationem seculi. quarum alique tãguntur in octauo sermone prime partis huius operis. Vbi in secũda parte sermonis illi⁹ alique tanguntur rationes quas p̃dicator hic adducere potest. Addẽdo etiam hoc qđ sequitur vt videlicet fides nostra aliquid haberet in quo in sũmo promereri posset. ex q̊ fides est fundamentum nostre salutis ⁊ principiuꝫ omnis meriti. Nã vt dicit Bonauentura in suo quarto eadem distinctione. x. ꝙ quia đo conueniunt omni potentia sapientia ⁊ bonitas in summo debuit nobis relinquere in terris aliquid in quo predicta propter summum meritum acquirendum in summam eius laudem et gloriam relucerent. Hoc autem est eucharistie sacramẽtum. nam in hoc ꝙ primo panis in corpus xp̄i conuertitur in multꝫ altaribus. ⁊ scđo ꝙ vnum suuꝫ corp⁹ habet in diuersis locis subsistere. et tertio ꝙ est tam magnum ⁊ integꝝ corpus in parua specie panis. que tria cum excedunt omnem potentiam creatam ⁊ omnem virtutem intellectiuam ostendit deus se posse supra omnem virtutem ⁊ operationem cuiuscunqꝫ creature. Ostendit ⁊ suam sapientiam in summo vbi hec omnia non solum in sui gloriã ⁊ laudem. verum ⁊ hominum salutem per decentissima media ordinauit monstrauit ⁊ suam bonitateꝫ vbi tantum bonum quo nihil nobilius in celo ⁊ in terra inuenitur ratione diuinitatis ⁊ humanitatis sue nobis donare dignatus est. Plura inueniet predicator diligens in doctorum scriptis que negligens predicator non aduertet. Sed quo ad tertium membrum conclusionis videlicet ꝙ in conclusione tactum est scilicet adoratio ⁊ veneratio sacramenti recipiat predicator ea que in primo sermone prime partis tacta sunt contra multorum errorem qui modernis temporibus solum sub conditione volunt adorare: vtpote in eorum mente reuoluendo tacite vel expresse domine ihesu christe. Si tu es ibi in manibus sacerdotꝫ. tunc adoro te alias non ⁊ dicunt ꝙ hoc sit necessarium ne adorans idolatriã ꝯmittat. ĩ casu quo sacerdos nõ rite ꝯsecrasset. Sed qꝛ hoc derogat firmitate fidei qui in h̄ sac̃mẽto requiritur. Item quia diminuit re-

Quod nullo mõ eucharistia ẽ sub conditione adorãda et sumenda.

uerentiam ⁊ deuotionem quam ne
mo titubans in ſe habere poteſt. ſic
ille qui firmiter credit ibi eſſe chri-
ſtū preſentem. ymmo etiam ſemꝑ
ſub tali titubatōne ⁊ dubietate ani-
mi haberet laycꝰ ſumere ⁊ ſacerdos
conſecrare. ⁊ ſic nunꝗ̄ eſſemus cer-
ti de pn̄tia xp̄i. ymo cum ibi pn̄s eſ-
ſet adhuc haberet xp̄s dubioſū ſu-
mentem ⁊ adorantem q̄ oīa et plu-
ra alia incōuenientia que ſequeren
tur cum ſufficienter ſint in quodā
noſtro tractatu quē in reprehenſio
nem cuiuſmodi erronei tractatꝰ ꝟ
aſſerentis collegi reprobata acriter
predicatores huiuſmodi errorē re-
prehendant. Dicendo ꝙ etiam i ca
Scḋa ps ſ mōis ſu quo hoſtia non eſſet conſecrata
propter aliquem defectum contin-
gentem adhuc adorās ſimpliciter
⁊ ſine conditione. nō ꝯmittit ydola
triam tū q2 adorat i fide eccleſie tū
etiam quia non eſt ſua intentio ni-
ſi xp̄m adorare. Prout ſufficienter
in ipo tractatu noſtro declarat. Sꝫ
quo ad ſcḋam partem ſermonis q̄
occaſionem ſumit ex prima parte
iam tacta pauca iam dicenda ſūt eo
ꝙ in tertia parte operis latius de il
lis tractabitur ſcilicet qualiter xp̄s
adorandus ſit ſub ſpecie panis ⁊ q̄-
liter ſub ſpecie vini dū calix eleua
tur. Quia enim iam in prima par
te tactum eſt ⁊ probatum quod ſub
ſpecie panis totus xp̄s cum corpo
re ⁊ ſanguine anima ⁊ deitate conti
netur ⁊ fidelis audiens miſſam et
adorās xp̄m ſub ſpecie panis. Pꝰ
cum eleuatur calix etiaꝫ debet ado-
rare chriſtum cum duo ſibi ad mē-
tem poſſent occurrere. videlicet an

idem qḋ ſub ſpecie panis adorauit
etiam ſub calice debeat adorare. vel
in calice. An ſolummodo ſangui-
nem xp̄i debeat ſub calice adorare
⁊ ſiq̄dem dicatur ſibi ꝙ eundē xp̄ꝫ
quā ſub ſpecie panis adorauit. etiā
in ſpecie vini adorare debet. tunc
ſtatim occurrit ſibi mente ſi vnus ē
vtrobiq̄ꝫ xp̄s. quare tunc bis eleua
tur ⁊ bis adorat. Pro quorum om
nium datur iam breuis doctrina et
concluſio. Q2 idem chriſtus qui ſḃ
ſpecie panis adoratur. etiam ſḃ ſpe
cie vini adoratur ⁊ non ſanguis eiꝰ
tm̄. Ratio. quia cum continetur in
ſacramento ſicut eſt in celo ⁊ in ce-
lo ſunt omnia in ſimul ſcilicet cor-
pus ſanguis anima ⁊ deitas. Ideo
etiam ſic eſt tam ſub panis ſpecie
q̄ꝫ etiam vini. Sicut etiam ſupra ta-
ctum fuit ꝙ chriſtus in cena vltima
dedit diſcipulis tale corpꝰ quale ha
buit ſcilicet paſſibile ⁊ mortale. Ita
iam nobis dat quale habet in celo
ſcilicet glorificatum. Unde vbi cor
pus eius ibi ſanguis eius ⁊ ecōuer
ſo ⁊ ſanguis intra venas incluſus in
corpore glorificato. ⁊ hec duo cum
anima ⁊ deitate. quia ſic exiſtit i ce-
lo. Et ſi poſtea pia dubitatione pul
ſatur fidelis. quare ergo duabus vi
tibus eleuatur ⁊ adoratur. cum i ca
lice ſit chriſtus ſub ſpecie vini. ſicut
ſub hoſtia in ſpecie panis. Et in ca
lice incluſus ſanguis itra venas cor
poris ⁊c̄. vt dictum eſt. Reſpondet
ꝙ quia in altari chriſtus offertur
iuxta morem oblationis factaꝫ. ab
ipſo chriſto in ara crucis. Et in illa
oblatōe xp̄i due ſpēs fuert viſe abi-
uicē diſtincte ſcilicet corpus i cruce

Qualr
adorat
ſpē pan
qualit
ſpecie v

pendens. et sanguis fusus de corpe etiam in ppria specie. Ideo et sacerdos recipit in memoriam illius sacrificij xpi. etiam duas species. vnā que occultare debet corpus xpi. vt fides nostra suū meritum habeat. et ne ab infidelibus videatur. alteram eius sanguinem occultantem. et io sic bis eleuatur et adorat. eo q xps fuit eleuatus inter celum et terrā cū illarum duarum sepatione.

Exemplum mirabile super veritatē euchari. quā apes firmauerunt.

Refert cesarius in dyalo. q mulier quedam cum apes multas nutriret et ille nō augmentarentur. consilio habito ab antiqua quadā vetula dictum est ei. q si corpus dnicū iter illas locaret. mox lues illa cessaret. q ad ecclesiam simulās. et corpus domini sumens. statim a sacerdote recedens. extraxit et in vno alueolo illud locauit. et ecce mira dei potētia. vermiculi creatorem suum agnoscentes. de fauis suis dulcissimis. hospiti suo dulcissimo capellā mire structure fecerūt. in qua altare eiusdē materie erigentes sactissimū corpus super illud posuerunt. et bndixerit dns operibus eor. Processu vo tpis cū femia pfata idē vasculū aperuisset et iam dictū oratoriū cōspexisset expauit. currensq ad sacerdotem. confessa ē ei omnia q egerat et viderat. Tūc ille assūmptis secū parochianis suis. ad vasculū venerūt. et apes conuolantes et in laudem sui creatoris tubisantes. tulerūt capellulā pietes fenestras tectū cāpanile. hostiū et altare. cum domini co corpe. et cū laude et gloria ad ecclesiā locauerūt. Ecce quō pfidiam mulierꝫ i sacramēto dubitātis p irrōnales creaturas. deus tam misericorditer redarguit. et in illa. oēs falsos xpianos q veritatē dnici corporis sb specie panis credere nolūt qb9 vere dici pōt. interroga iumēta et docebūt te volucres celi et indicabūt tibi. Job. vj.

Sermo decimus secū de ptis. Et ē introductorius sup nouem signa diuine opationis circa hoc sacramentum.

Mirabilia opa tua dne. et aia mea cognoscet nimis. ps. cētesimo qdragesimooctauo. nimis id est magnifice et excellēter. Quia iā tractamus in hac scda parte operis. de eo q hoc sacramentuꝫ diuinissimū in se continet. s. de xpo qui vt in precedenti sermone tractū est. totus continet. s. cum corpe sanguine anima et deitate. Et quia hoc ad credendū est valde difficile et supra omnē intellectuꝫ. Expedit hoc mirabile opus dei cum alijs sex mirabilibus signis diuine opationis. quantū humanus intellectus capere potest. declarare. Saluteꝫ virgo. qz nouē solēt sancti doctores vt Tho. in suis sermōibus. de hoc sacramēto sanctissimi corpis xpi mirabilia signa diuine opationis enumerare. vtpote tria que statim fiūt et in ictu oculi circa cōuersionē substantie. i. naturalitatis panis in corpus sanctissimū xpi. et tria alia q fiunt circa inhabitatione personalem xpi post conuersionem et tria que fiunt in p-

ceptōe ⁊ sūptiōe salutifera ipiꝰ sacri
tn̄ q̄ꝛ multū gaudent breuitate mo-
derni ⁊ sepe auidius qui minꝰ suffi
cit. iuxta grego. in omel. quadā. idō
omnia illa mirabilia signa diuine
opationis que quotidie fiūt in alta
ri sic enumarabimus. qd̄ tn̄ etiā ef-
fectus salutares ipiꝰ sacramenti de
quibus in. iij. parte tangere promi-
simus includemꝰ. Quare licet tria
mirabilia signa deꝰ opatur circa cō
uersionem vt q̄ sub specie panis ē
verum xp̄i corpus. ⁊ sm̄ q̄ tota na
turalitas ⁊ substantia panis mutat
in corpꝰ domini. ⁊ terciū q̄ ita mu-
tat. q̄ tamē manet a foris accidētia
zufal: vt albedo gustus sapor figu-
ra panis. diuina virtute suspēsa. cir-
ca corpus dn̄i inclusum. Hic tn̄ di-
camus solū de duobus mirabilibꝰ
signis eo q̄ de primo in p̄cedēti ser
mone tactum fuit. non aūt quō na-
turalitas seu substantia panis ꝯuer
titur in corpus xp̄i post cōuersionē
⁊ quō accidentia manēt. fundat er-
go p̄n̄s sermo sup duas saluberri-
mas doctrinas. quarū Prima ē ad
cognoscendū qualiter substātia pa
nis vertit in substantiā xp̄i corpoꝝ.
Secūda qualiter hec veritas possit
corrobarari signis ⁊ exēplis. Et hec
due partes declarātur p duas que-
stiones mirabilia signa diuine opa
tionis declarantes. Prima an glo-
rificatum xp̄i corpus ⁊ eius glori-
ficatus sanguis in altari fiat ex pane
id ē ex natura ⁊ substātia panis seu
ex naturali substātia tam panis q̄
vini virtute sacramentaliū verboꝝ.
Et secūdo an hoc mirabile signū
diuine potentie. cum aliis octo pos

Diuisio sermonis i duas q̄ōes miraculosas opatōnes declarantes.

sit in fortificationem fidei nostre ali
quibus gestis scripturarū probari.
Verū q̄ p̄n̄s sermo est solūmō in-
troductorius ad nouē mirabilia si-
gna q̄ seq̄nt̄ in seq̄ntibus smonibꝰ
nouē in nūero ⁊ suis declaratōibꝰ.
Et cū de sb̄a panis an remanet vel
nō post cōsecrationē. nō ē locus de
terminādi inferius. sicut ad p̄n̄s. idō
tam expedit tangere. Quātū ad pri
mū q̄ q̄oem. dat hec cōclusio. Sic ē
de necessitate salutis. vt in p̄cedenti
sermone tactum ē. credere veꝝ xp̄i
corpꝰ glorificatū contineri in altari
post consecrationē. ita necessariū ē
credere q̄ natura seu substantia pa-
nis. nō manet post cōsecrationē. s
q̄ tota conuertit in naturā ⁊ substā
tiā xp̄i corpis. nō ita vt substātia na
turalis panis. a nobis sumptꝰ ver-
titur in substātiā ⁊ augmentū nostri
corpis. s ita vt ybi erat natura pais
ibi adest natura ⁊ substātia xp̄i cor-
poris. cū sanguine aīa ⁊ deitate. Et
huic cōclusioni addit alia in fortifi
catōem fidei. sup annexā p̄me q̄stōis
difficultatē. licet nō debeamus affe
ctare aut querere possibilitatem et
modū ex rebus ylibus sup tam stu
pendā cōuersionem. ne fides in suo
merito frustret. tamē in fidei fortifi
catione sacraꝝ scripturarū gesta et
exempla sepe a doctoribus recitan
tur. Prima cōclusio quo ad primā
ptem satis pꝫ ex sermōe precedenti
ex qua ad placitum p̄dicator repli-
care aliqua pōt. s secunda pars q̄ō
etiā sit sub pena eterne damnatōis
inhibitum ne quis eredat naturam
panis ibi post conuersionē sacralē
contineri. sed credere debet. q̄ iā nō

In tota n... tura seu s... stātia pa... cōuertan... in sbaꝫ xp... corpis ⁊ ... de calice.

Prima c... clusio

sit. ſ; ſit ꝯuerſa in naturā corpis xp̄i glorificati. Probatur primo ꝑ determinationē eccleſie. que iuxta. c. ad abolendam. de hereticis. mandat vt nihil ſentiatur de ſacramētis niſi ſicut tenet ſancta romana eccl̄ia ſed illa tenet panem tranſſubſtātiari. id ē tranſitū. ſeu cōuerſionem fieri vnius ſubſtātie in aliā. ſ. panis in corpus xp̄i. ꝙ patz ex. c. Firmit̄ credimus. et ſimpliciter cōfitemur. de ſūma trinitate ⁊ fide catholica. vbi dicit̄. Jh̄s xp̄s ſacerdos eſt ⁊ ſacrificiū. cuius corp⁹ ⁊ ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis ⁊ vini continent̄. ⁊ ſtatim ſequitur. Tranſſubſtātiatis pane in corp⁹ et vino in ſanguinem. poteſtate diuina. Verum quia magna vis eſt. ⁊ ſepe iam replicantur iſti termini. nā ſubſtantia panis natura ſubſtātia vini vt populus intelligat q̄d ſit cōuerti naturam ⁊ ſubſtātiā panis ⁊ vini Dicat ꝙ iſti termini ſunt ph̄oꝝ naturaliū ⁊ non fidei. quia ph̄s in decem predicamentis determinat de ſubſtātia ⁊ accidente. Et dr̄ ſubſtantia rei ip̄a natura. rei per q̄ꝫ res conſtituitur in ſuo eſſe ⁊ ꝓprietate. Nā manifeſtum ē. ꝙ color vini nō extinguit ſitim. ſ; vna natura ſeu proprietas. cum ſapore qui nō vident̄ ⁊ dicūtur ſubſtātia rei. hec fortificant ⁊ nutriūt ſicut etiā de pane cuius albedo non nutrit. ſed ſapor ⁊ natura panis que non ab extra videtur. cū ſolūmodo albedo panis videt̄ ⁊ color vini. Et ſic intelligunt fideles q̄ modo illā natura ſeu ꝓprietas ⁊ ſbſtantia panis que naturaliter habet nutrire ſeu in vino reficere. cōuertitur in ſubſtantiā xp̄i corporis ⁊ ſanguinis. Nō etiam additur cum fidelis credere debet. ꝙ iam ſcꝫ poſt conſecrationem non ſit natura panis ſuple ſub ſpecie alba panis. ꝓbatur per ſanctum Tho. in ſuo q̄rto ſcripto ſententiaꝝ diſt. xj. in q̄ſtiōe. An ſubſtātia panis remaneat poſt conſecratōnem. vbi contra eos qui hoc nolebant defendere. ꝙ licet ibi in altari poſt conſecrationem eſſet corpus xp̄i ſub ſpecie panis. tamē etiam ibi maneret natura ⁊ ſubſtantia panis. cum natura ⁊ ſubſtantia corporis xp̄i. dicit ꝙ hec opinio eſt heretica. et nō ſolum in conueniēs ⁊ impoſſibilis. eo quia ē cōtra verbum xp̄i inſtituentis ſacramentuꝫ. Math. xxvj. vbi dixit hoc eſt corp⁹ meū. ⁊ non dixit. hic eſt cor. m. Si aūt ſubſtantia panis maneret veri⁹ diceretur. hic eſt. ſ. cum pane corp⁹ meū. Et licet Scotus dicat ꝙ poſſꝫ dici abſq; hereſi. hic eſt corpus meum. ⁊ hoc eſt corpus meum. demōſtrando contētum. non panem. tamen nūq̄; probare poteſt Scotus ꝙ nō ſit hereſis velle cōficere per illa verba. hic eſt corpus meuꝫ. plura alia deducit ſanctus Tho. ꝓbando ꝙ nō maneat ſubſtantia panis poſt conſecratōem ſ; tota ei⁹ natura conuertit in naturaꝫ corporis xp̄i. Et ſi aliquis diceret. non eſſe neceſſarium talia populo predicare. quia etiam non intelligēdo. an ibi maneat. vel nō maneat ſb̄a panis poſt cōſecratōem adhuc fidelit̄ adorare pōt. dūmō credat xp̄m eē p̄ n̄tē. poſt ꝯſecratōeꝫ. ſ; n̄. ꝙ veꝝ ē ſine piclō adorat. Duplici. n. de cā expedit d̄ hui⁹ modi diuinis operibus diſcutere. Primo ꝓpter laudē dei. vt ſic erga

Nā q̄mō p̄dicator debet fimi expo nere ad populū vt itelligāt naturaꝫ ſeu ſubſtātiaꝫ panis in ſuis terminis

Nō an ſubſtantia panis remaneat p⁹ cōſecratōꝫ. determinat ꝙ ē hereticuꝫ aſſerere illā remanere.

Nota quare neceſſarium ē de huiuſmōi p̄dicare ppl̄o.

veneratione̅ tanti sacramenti deuo
tio fideliu̅ amplius excitetur consi
dera̅do tam stupenda signa diuine
oꝑationis. Et secu̅do sicut summe
deo displicet sui ignorantia ita sum
me placet vbi in suis oꝑibus ꝓ no
stra salute ꝑpetratis agnoscit̃. hinc
vox illa ꝓphetica. ꝓpterea captiuꝰ
abductus e̅ ppl's meꝰ. q2 no̅ habuit
scientiam domini. Et iterum alibi.
Quia tu repulisti scientia̅. ⁊ ego re-
repella te ne fungaris mihi sacerdo
tio. Et illud p̃s. in verbis thematis
Mirabilia oꝑa tua dn̄e. et aia mea
cognoscet nimis. Et iteru3 medita-
bor in om̄ibus operibus tuis. ⁊ i fa
ctis manuu̅ tuarum meditabor. Et
tercio ꝓpter continuos in eccia pul
lulantes errores. vnde vt patuit he
reticum est asserere naturam panis
post co̅secratione̅ remanere sub spe
cie alba. ⁊ sic de vino habeat etia̅ p̃-
dicator ad terminos aduertentia3.
vt sic populo exprimat dice̅do. hec
mirabilia signa. diuine oꝑationis ⁊
virtutis. Ite̅ semꝑ cum excellentia
verboꝝ loquatur dicendo in natu-
ram seu substa̅tia̅ glorificati corpo-
ris xp̄i. seu diuinissimi corꝑis xp̄i.
sanguinis aie ⁊ deitatis ⁊c̃. quia h̃
verba non semper recitantur ꝓpter
breuitatem ipis tn̄ semꝑ vtat̃. Jam
au̅t de secu̅da. q. annexa ꝓme q̃sto̅i
agendu̅ e̅. vbi tangit̃. An in fortifi-
Secu̅da pars sup q̃onem An in fidei fortificato̅3 sint exe̅pla sacraru̅ scri pturarꝝ ad ducenda.
catione̅ fidei erga sacr̃m. pn̄t addu-
ci gesta ⁊ exe̅pla sacraꝝ scripturaru̅
Vbi notandu̅. ꝙ q̃rere fortificato̅3
fidei ꝑ argumenta ⁊ exe̅pla scriptu
raru̅ po̅t fieri dupl'r. Vno mo̅ cum
pctō infidelitatis qđ e̅ maximu̅ int̃
pcta̅. vt qn̄ q̇s nullo mo̅ vult crede-
re nisi probent̃ sibi ea. q̄ credere de-
bet q2 tu̅c hn̄t locu̅ dicta sanctorum
Cessat fides vbi q̃rit̃ argumentum.
Et illud greg. in omel'. Fides non
habet meritu̅. vbi hu̅ana ro̅ p̄bet ex
perimentu̅. Alio mo̅ cum merito fi
dei vt cu̅ q̇s co̅gratulat̃ suꝑ fidei for
tificatione̅. vel ex rebus ylibus. seu
phoꝝ dictis. seu etiam ex sanctaru3
scripturaꝝ dict̃. estq3 sine hmo̅i for
tificationibus paratus semper ad cre
dendu̅. Et hac de causa sa̅cti docto-
res varia adducu̅t exempla ⁊ gesta.
tam scripture sacre q3 etia̅ phoꝝ ge̅
tilium facta. Et sic etiam xp̄s ꝑ mlt̃-
ta argume̅ta discipulis probauit su
am resurrectione̅. Vn̄ ⁊ congratu-
labant̃ dn̄o vbi dr̃. Gauisi sunt di-
scipuli viso dn̄o. Et sicut saluator ꝓ
pter difficultate̅ credendi erga sua3
resurrectione̅. Voluit illam mult̃
argumentis declarare. no̅ au̅t ꝓba
re ꝑ ro̅nes naturales. cum hoc non
sit possibile. cu̅ semper ea que fidei
sunt naturale̅ excedu̅t merito ro̅e3
vt sic fides locu̅ habeat in suo meri
to. Jta ⁊ omnia q̄ tractibimus con
sequter. cedu̅t in fidei fortificato̅em
ꝓpter magnam difficultatem crede̅
dorum in hoc sacramento.

Exemplu̅ ad cognoscendu̅ xp̄m vere esse pn̄tem i eucharistia cu3 ex illa deus sepe fuit allocutus homines etiam peccatores.

Jn thuringia ꝓpe saxonia̅ du̅ qui
dam plebanꝰ corpus dn̄icu3. extra
villa̅ cuida̅ infirmo apportaret. me
retrix stans no̅ lo̅ge extra viam. in
suo ꝓstibulo. dum vidisset cepit co
gitare penes se si fides xp̄iana esset
vera. tu̅c iste e̅ saluator mu̅di. quem

ſacerdos in pixide portat. ⁊ iterum quomodo tanta mala. tunc in conſpectu tanti dn̄i ꝑpetrauit. Qui tn̄ vt aſſeritur pro omībus peccatis mūdi tanta ⁊ innumerabilia tormenta ſuſtinuit ⁊ ſic nec incredula omino perſtitit. nec tn̄ de venia impetrāda diffidauit. Diuinitus ergo inſpirata ad hoc vt veritas ſacramēti quo ad preſentiam perſonalem xp̄i. i eo contentam pateſcēt compuncta relicto proſtibulo. cucurrit per lutuȝ profundum veloci curſu ad ſacerdotem. inquinata luto vſq; ad medietatem cruriū dixit. State domine ſacerdos. quo ſtante ipa ꝓſternens ſe in luto ante corpus xp̄i ait. Dn̄e ieſu criſte. ſi tu es ille. qui ꝑ noſtra redemptione natus fuiſti de ꝟgine paſſus ⁊ ſepultus. aſcendens ad celos. ſedens ad dexteram patris. iudicaturus viuos ⁊ mortuos. Et ſi te talem p̄ſentem iſte ſacerdos portat in pixide. rogo te per tuaȝ ineffabilem pietateȝ. ignoſce mihi peccata mea. Tūc dominus ieſus reſpōdit. de pixide in latino. Et ego ignoſco tibi peccata tua. ⁊ illa audiens vocē de pixide in latino ait. Domine. nō intelligo latinū. rogo te loq̄re theotunice. Et ſtatim dominus locutus eſt de pixide theotunice. ⁊ ego recipiam te in gratiam meam. Hoc audiens conuerſa mulier ait Et tu domine me recipis in gratiam tuam q̄ peccaui. in carne mea luxurioſe oimō peccandi qui excogitari poteſt. Gr̄as tibi ago bone dn̄e ih̄u. Et ſic ſtatim ſeculum reliquit ⁊ in bono ⁊ omni virtute proficiens ſalutarem finem accepit.

Sermo. xj. ſuꝑ nouem mirabilia ſigna diuine oꝑationis in hoc ſacramento ꝑ totidem ſermones. ⁊ primo ſuper tria que fiūt in conſecratione quorum primum eſt ꝙ ſub ſpecie panis eſt verū xp̄i corpus poſt conſecrationē.

Mirabilia oꝑa tua dn̄e. et aīa mea cognoſcet nimis. i. magnifice et excellenter ⁊c̄. q̄a in p̄cedenti ſmone tactū ē qđ ꝓpter maximā āmitationē fideliuȝ ſuꝑ tā mirabilia ſigna diuine oꝑationis ī hoc ſacr̄o. ſancti doctores cōſueuerūt nō ꝓpter ſeipos ſ; ꝓpter ſimplices. q̄ fortaſſis dubitare poſſent plīa argumenta. ſīitudines ⁊ geſta ſcripturaꝝ adducere. vt ſic fides in eis fortificet̄. Ideo iam ad hoc aggrediendū ē cū dei adiutorio. Salutet̄ virgo ⁊c̄. Cū ſupra tactū fuit ꝙ nouē q̄tidie mirabilia ſigna diuīa potentia oꝑatur in hoc ſacr̄o. iuxta qđ ſctūs tho. in ſuis ſmonib⁹ deducit. tria ī ipſi⁹ diuini corꝑis cōſecratōe. tria in eiuſdē ſub ſp̄ebus panis et vini inhabitatōne. ⁊ tria alia in ipſius ſalutifera ꝑceptōne. de ſingulis tractandū erit ꝑ ſufficiētia argumēta ⁊ geſta ſcripturaꝝ. Erūt ḡ noueȝ ꝑtes p̄ncipales hui⁹ materie ad placitū p̄dicatoris manētes in ſmonū diuiſiones. Tria mirabilia ſigna q̄ quotidie in cōſecratione hui⁹ ſacramenti diuina oꝑatur virtus omino credenda ſunt. Primū ꝙ ſub ſpecie panis ē veꝝ xp̄i corpus. Scōm ſi q̄rit̄ ꝑ quē modū hoc factū eſt. dī

Pone͂ miracula aut ocem hui⁹ sacramenti recitantur

ꝙ v͂tute cōsecratiōis q̄ mutauit naturā ⁊ substantiā panis in sbam xp̄i corporis. Terciuz si q̄rit quid sit tenendū de albedine panis. ⁊ rotūditate ac sapore panis. Rn̄det ꝙ sunt accidentia sine subiecto diuina v͂tute diuinū corpus circūstantia. Alia tria q̄ circa inhabitationem diuini corporis considerant͂ ē primū ꝙ tota magnitudo lōgitudo et latitudo diuini corp̄is manet sub parua specie panis. Sc̄m ꝙ vnū ⁊ idē corpus ē in pluribus locis. Terciū ꝙ licet sit in pluribus locis. tamen p̄ p̄tes nō est diuisum. ꝗ manet in se coniūctū Vltima tria que considerantur in sumptione eiusdē diuini corp̄is est primū. Q̄ mirabiliter potest q̄tuor modis sumi. s. sacramentum non sacramentaliter. sacramētum ⁊ sacramentaliter mirabile ⁊ spūaliter. Et quarto spūaliter tm̄. Scōm sacr̄aliter dum manducatur non minuit͂. Terciū dum a peccatoribus sumit͂ non inquinatur. Et licet hec vltima tria non eo ordine tangantur in sermonibus sancti tho. Nolo tamē p̄ hoc derogasse eius sanctissime doctrine. cuius vtiq̄ʒ nec discipulū me recognosco. sed solum breuitati ad instantiam confratrū q̄bus prolixe deductōnes vident͂ onerose insistere. pauca q̄dā ex alioꝝ doctoꝝ dict͂ addo. vt͂ si decimū mirabile signuʒ q̄s adderet quō vnū ⁊ idē corp⁹ tātam causat in recipiētib⁹ diuersitatē. vt aliq̄ inde vitā aliq̄ inde mortē recipiāt. cū tm̄ optimis bonis nemo malevtit͂. Cū ꝗ hec mirabilia signa ꝓbanda sint vt dictū ē in fidei fortificatōem. Et omnis ꝓbatio fit p̄ triplicē modū puta p̄ auc̄tem. rōnem ⁊ gestoꝝ siliū recitatione͂. in vulgari durch bekantnuß der lerer bekantnuß der vernūfft. Et t͂cio durch bekantnuß der geschicht. begryffenn in der heyligen geschrifft. dabit presens sermo triplicem doctrinam super veram xp̄i presentiam in sacramēto q̄ꝝ Prima ꝓcedit a validissimis auc̄tatibus sc̄tōꝝ. Scd'a ab efficacissimis rōnib⁹ hoc persuadentiū. Tercia ab fortissimis exemplis ⁊ gestis sc̄toꝝ. Vn̄ sup̄ p̄mū miraculum ab auc̄te ꝓbandū ē aduertēdū. ꝙ cū Deutro. xix. dicatur. qd̄ in ore duoꝝ vel triū testiū. stabit om̄e verbuʒ. Reuera sunt hic testes oīm sanctorum. quasi innumerabilium doctorum dicta. quibus contrariū sentire esset simile ac si cec⁹ vellet viam videnti demonstrare. cum pleriq̄ʒ per infusam a deo sciētiam locuti sunt. iuxta illud. j. Pet. iij. Spiritusancto inspirāte locuti sunt homines dei. Vn̄ si velit aliqua ex nouo sermone p̄cedenti p̄dicator replicare poterit. aut saltim q̄ secūtur innouare. Testis em̄ verax est sententia Ambrosij. in libro de sacramentis. vbi dicit. Panem istum quē sumimus in ministerio. vtiq̄ʒ illum intelligo. qui manu spūssancti format⁹ ē in vtero virginis. ⁊ igne passiōis decoctus in ara crucis. panis em̄ āgelorum factus est cib⁹ hominū. Est ⁊ alius fidelis testis Gre. in omel͂. Magnū atq̄ʒ pauendū est misteriū huius sacramenti quis aliud videt͂ ⁊ aliud intelligit͂ figura panis ⁊ vini. videtur ⁊ faciente domino. corp⁹ ⁊ sanguis xp̄i intelligit͂. At hieron̄. sententia ꝓ tercio fidelissimo teste. An verba consecrationis est panis

Probō p[...] mi mirac[...] li ab auc[...]

Scd'a p[...] sermoni[...]

Pobatio ratione

Pobatio exēplis gestis sanctorum

Vsitatus post consecratōem verum xpī corpus. Probatio deniqȝ p rōȝ non quidem demōstratiuā. cuȝ illa fidem euacuaret. sed persuasiuā cre denti capiat predicator ex nono ser mone. huius secūde ptꝫ. circa pmā conclusionem ꝛ eius secūdam pteȝ vel ex octauo sermone prime partꝫ Per gesta sanctorū eadem veritas tanqȝ per innumera mirabilia. q̄ in diuersis mūdi partibus omni tem pore deus operatur. euidentissime cōprobatꝰ. vnde Pascasiꝰ vt supra tactum fuit. Nemo qui sanctorꝫ vi tas ꝛ exempla legit ignorat ꝙ sepe corporis ꝛ sanguinis xpī sacramen ta. aut ꝓpter dubios. aut certe ꝓpter ardentius amantes. in agni vl pue ri formā. aut in carnis et sanguinis coloreȝ mōstrata sint. vt qd̄ latebat in misterio. patesceret in miraclo et postea subdit de duplici illa causa duo miracula. vnde dicit. btō enim Basilio die pasce diuia misteria ce lebranti hebreus qdam se sicut xpi anus populo cōmiscuit officiū vo lens explorare misterium. Qui vi dit infantem partiri in manibꝰ Ba silij. ꝛ cōmunicantibus omnibꝰ ve nit ipe ꝛ data est ei hostia. vere caro facta ꝛ seruans reliquias abijt i do mū suā narrans vxori sue. que pro prijs oculis viderat. Credens ergo ait. vere horribile ꝛ admirabile est cristianorꝫ sacramentum. In crasti no venit ad basilium. ꝛ baptisatus est cum omni domo sua. Consequē ter ꝓpter ardentius amantes. que sic cōtingūt recitat dicens. Quidā presbyter ꝛ erat egidius nomine re ligiosus valde. Qui cum sanctā du ceret vitam. cepit sanctis precibus pulsare deum vt sibi ostenderet na turam corporis ꝛ sanguinis xpi. ve nit ergo dies. vt ideȝ more solito. di uina celebraret. ꝛ post agnus dei ꝓ cūbens genibꝰ. Creator inquit ꝛ re demptor omnipotens deus. pande mihi exiguo. in hoc misterio natu ram corporis xpi vt mihi liceat euȝ prospicere i forma pueri. queȝ olim sinus matris virgineus tulit vagiē tem. Et ecce angelus eundē de ce lo veniens affatur. Surge ꝓpere. si xpm videre placet. adest p̄sens cor poreo vestibus amictu quem sacra puerpera gessit. Ac presbyter pau dus. vidit super aram puerum sedē tem. Cui angelus. quia xpum vide re placuit. quem sub spē panis ver bis ꝯsecrasti misticis. nūc oculis in spice. ꝛ tracta manibus. Tūc egidiꝰ celesti munere fretus. ꝙ mirum di ctum est brachijs trementibus pu erū accepit. ꝛ pectus ꝓpriū xpi. pe ctori suo iunxit. Deinde profusus in amplexuȝ dat oscula dulcia deo ꝛ suis labijs pressit pia labia xpi. q̄ bus ita peractis. restituit puerum i altari. ꝛ rursuȝ humo prostratus de precatur dominuȝ. vt dignetur ipe verti in pristinam formam et sur gens inuenit corpus christi in for mā remeasse priorem. ꝛ sic sub spe cie debita cōmunicauit eideȝ. Su per quod miraculum si predicator velit declarat. ꝙ hic apparuit xp̄s i ꝓpria forma ꝓut supiꝰ in septio ser mone huius scd̄e ptis tactuȝ fuit ꝛ nō fuit imutatio fcā solūmō circa vi sum. de q̄ apparitōe ꝛ clꝰmō tangit in. vj. smōe. vt qū vir apparet i spē

Scda sermo

miraculosa. ⁊ alteri in forma cōsue-
ta panis. ⁊ non diu. nec etiam locū
habet. ¶ Tercius modꝰ qui tangitur
in octauo sermone. quando videli-
cet apparet in specie aliena vtputa
ymaginis crucifixi. aut beate virgi-
nis puerū tenētis in vlnis. aut agni
qꝛ sic nominaꝛ aliena species a xp̄o
cum tali modo non contineaꝛ in sa
cramento. cum corpus eius sit glo-
rificatum. ⁊ sic sacramentaliter con
tinetur'. ꝙ si dicat corpus glorifi-
catum habet in potestate sub tali vl'
tali forma apparere. scilꝫ ymaginis
crucifixi vel agni. signāter cum ipse
egidius petijt vt saltim sb agni for-
ma xp̄m videret. Rn̄. ꝙ licꝫ corpus
glorificatum se potest offerre visui.
sub quacūqꝫ forma etiam aliena. qꝛ
tamē solūmodo accidentia panis
vt albedo ⁊ rotunditas hostie tūc i-
mutatur in hm̄oi formas. ꝯm Tho.
vel saltim occūltantur. seu circūfun
dūtur miraculosis formis ꝯm Pe.
de Tharañ. non ꝙ sint species veri
corpis xp̄i in quo cōmuniter om̄es
concordant doctores. Hic autē ex
duobus constat. ꝙ hic xp̄s apparu
it in ꝓpria forma. scto egidio. Prio
ex eo ꝙ ita petijt. vt ei liceret illum
in sui natura conspicere. quē sinus
virgineus olim vagientem tulisset.
Secūdo ex verbis angeli. cum sup
hoc certificantis cum dixit. Surge
xp̄m intuere quem sacra puerpera
gessit. Et ideo semper verba rei ge-
ste sunt bene aduertenda. Nec pro-
pter hoc xp̄s de celo habuit descen-
dere. sed ip̄e sacramētaliter existēs
sub specie panis. postea sub specie
miraculosa seip̄m vere exhibuit in
sui natura glorificata.

¶ Sermo. xij. ⁊ ē diuisio ser
sermōis ad placitum cū the
matis resumptione sup secū
dum miraculum. s. cōuersio-
nis sub specie panis in sub-
stantiam xp̄i corporis.

Super secūdū vo mirabile si
gnum ꝙ in consecratione di
uina potētia opatur cum sit
iuxta premissa. ꝙ tota naturalitas
seu substantia panis conuertitur in
naturalitatem ⁊ substantiā xp̄i cor-
poris glorificati. ⁊ vtaꝛ p̄dicator il-
lo termino ylitatis. quia vulgare su
um magis exprimit eius differenti
am ab accidētibus panis. Saluteꝛ
virgo. Notanduꝫ ꝙ p̄n̄s sermo sup
secundū mirabile signū eucharistie
duas dat saluberrimas doctrinas
quarū Prima declarat transsubstā
tiationē. i. transitū substantie panis
in substantiā xp̄i corpis. Secunda
fortificat eādem mutationem mira
culosam per triplicem cōuersioneꝫ
nature grē. humane ⁊ artis. Decla
ranꝛ hee partes triplici via ꝓbatio-
nis supra enumeratis. s. ab auctori-
tate. rōne ⁊ similitudine reꝝ gestaꝝ
in sacra scriptura. Miraculū ꝯuer-
sionis ꝓbaꝛ ab auctoritate omniū
doctoꝝ in eoꝝ scriptis sup. iiij. senꝛ.
dis. xj. q̄rentes. An in cōsecratōe eu
charistie panis in corpꝰ xp̄i ⁊ vinuꝫ
in eiꝰ sanguinē ꝯuertanꝛ. vbi om̄es
cōcorditꝛ determiant ꝙ sic immo vt
supra patuit in s̄mone. x. eiusdē se-
cūde ptis ē impiuꝫ ⁊ hereticū aliter
asserere. tū ꝓpꝛ determiatōem eccie
ex. c. firmiꝛ credimꝰ ⁊c. de sum. trin.
⁊ fi. catho. tū etiā. qꝛ vt supra tactuꝫ

Probati[o] miraculo ꝯuersio a[...] aucte

Pro secun[da] parte

ē fm tho. nisi sba panis nō remane ret faceret talis sba remanēs cū cor pore xpi adorātes ydolatrare eo q creaturā aliq̄ de terra pter diuinū corp9 xpi adoraret cū adorās hēt i telligere ibi esse absconditū cū cor pore xpi aliā creaturā z pdicatores hoc hēnt pdicare. qz sic absq natu ra panis fides ē de non visis. z illa sba panis etiā esset de nō visis vt de se pz. facillime simplicē seduceret. vt crederet aliq̄ creaturā inuisibilē in sacro esse adorādā. Exq̄ etiā pz q i uectiua Scoti ꝯ tho. i hac pte. nō va let cū dicit. q ꝓpterea adorātes nō ydolatrarent. etiā si substātia panis remaneret cū corpe xpi eo q suffice ret adorātibus adorare in fide eccie Quia lz simplicibus sufficeret ado rare in fide eccie. vbi non fieret pdi catio de sba panis. an remaneret vl non remaneret. tñ vbi veritas sacra mēti distincte hēretur. declarari p p dicatores. tūc simplices audientes sbam panis. ibi post consecrationez remanere. cū substātia xpi corporꝫ. vtiq vnā hēnt lumine naturali in telligere. s. sbam panis. z aliā lumi ne fidei agnoscere. scz sbam xpi cor poris. quorꝫ luminū diuersitatē cū simplex nō sit capax facilime sedu ceret. vt vnū cū reliquo adoraretur Et hoc voluit sanctus Tho. innue re cū dixit. Si substantia panis re maneret. cultus latrie nō posset ex hiberi xpo. s. ita sincere. z sine peri culo. Item nec Sco. negat. qn he reticū essz credere. substantiā panis remanere. ꝓpter eccie determinatio nem in oppositum factam. Proba tio autem eiusdem miraculi a rōne possumus adducere. ad pmissa ra

Pars secun da pte

tionē quā dat sanctus thom. in suo quarto scripto senten. prefata dist. xj. in questione vbi querit. An sub stantia panis remaneat post conse crationem. vbi dicit q impossibile est presupposita fide sacramentorꝫ vt maneat substantia panis post cō secrationem. eo q cum nihil pōt i cipe esse vbi prius non fuit. nisi per suam mutationem ad talem locuz vel per alterius mutationem i ipm z cum corpus xpi non mutatꝫ de ce lo. per hoc q conficitur in altari. ꝫ manet in celo. ergo oportet q secū do modo adueniat. scilicet per mu tationem seu conuersionem alicu ius in ipsum xpi corpus. z hoc dici mus substantiam panis sic conuer ti. Sed vt vulgus intelligat. dicat p simile. si ignis debet esse in aliquo loco vbi prius non fuit. oportet q aut deportetur ab alio loco. vbi ar det. z ponatur in illum nouum lo cum. aut si non vult deportari. aut non possit. tunc aliquod combusti bile applicatur. z illo sic accenso de portatur in nouuz locū. z tamē ma net prim9 ignis i suo loco. z trāsfer tur in alium locum per conuersio nem rei combustibilis. Ita corpus diuinum cum sedet ad dexterā pa tris si debet nobiscum esse in terra. oportet q aut transferatur. sz descē dat de celis. aut q aliquid per con uersionem in ipsum diuinū corp9 accendatur. a virtute diuinitatis. vt sic eius glorificatum corpus habe atur inferius. z tamen manet ad de xteram patris. Et sicut innumeri ignes accendi possunt per cōuersi onem rerum combustibiliū. ab vno igne remanente in vno loco. Ita z

Probatur miraculuz a rōne

per conuersionē substantie panis
diuinuz corpus ad innumera loca
transfertur. eo manente in celis. Et
licet quelibet alia res comestibilis
esset conuertibilis in substantiā dei
fici xp̄i corporꝭ. vt caro case⁹ ⁊ simi
lia. voluit tamen solūmō sub specie
bus panis ⁊ vini conuerti. eo ꝙ pa
nis abilior ē ad iuentōnē. sumptio
nem. cōseruationem. amministrati
onem. ⁊ significationem rei conten
te vt est glorificatum xp̄i corpus. q̄
re supra in sermone quarto hui⁹ se
cunde partis. sub conclusione scđe

Probat̄ ħ idem duabus alijs rōnibus

questionis. Probari posset deniꝗ
hoc mirabile signum huius sacra
mentalis cōuersionis. per alias ra
tiones que breuitatis causa obmit
tūtur. vt quia videlicet cibus iste sa
cramentalis cū sit ⁊ debeat esse spi
ritualis cibus anime per quam ani
ma xp̄o incorpatur. non ꝙ xp̄s cor
pori immutetur. iuxta illud Aug.
Nec tu me mutabis in te sicut cibū
carnis tue. sed tu mutaberis in me.
qđ minime fieri posset si substantia
panis remaneret post consecratōēz
quia tunc deseruiret hoc sacramen
tū in cibum corporis. Et licet scot⁹
dicat. qđ hoc idem accidētia panis
efficiūt ⁊ vini. scilꝫ refectionem cor
poralem causando. cum ipa accidē
tia habent eandem efficaciaz natu
ralem post consecrationem. quam
ante habuerunt. Attū respondetur
ꝙ hoc habent non tamen naturali
ter. sed virtute diuina vt in tractatu
de sacramento miraculoso ⁊ etiā in
alio de duratione sacramēti. negle
cti tractatur de quibus post finem
operis patebit. Hic autem substā
tia panis haberet reficere corp⁹ nō
miraculose ꝫ naturaliter vnde obie
ctio Scoti contra sanctū Tho. nul
la. Potest ⁊ tercia ratio adduci qđ
quia sacramentū id est sacra speci
es. est sacre rei signuz. vt ablutio aq̄
exterior in baptismo est signum in
terioris ablutōnis anime. ⁊ spēs pa
nis post consecrationem. cū debeat
esse signum. etiam vnius rei sacre. s.
corpis xp̄i veri. si substantia panis
remaneret. tunc vtiꝗ illa spēs alba
hostie signaret. Primo illam sub
stantiam panis. ⁊ nō substantiā xp̄i
corpis. ⁊ tūc nō esset. ante oīa spe
cies panis sacramentū tm̄. id ē sacre
rei signū. Veruntamen aduertendū

Q sba panis nō annihilat̄ p consecrationem

pdicatori ē pro populi informatio
ne. vt non credant substantiam pa
nis cōuerti in corpus xp̄i. q̄si inde
capiat augmentum. sicut in nob cō
uertitur panis substantia cū accidē
tibus in nostrū augmentū. ꝫ dr̄ con
uerti duobus modis. Vno modo
ꝙ loco substantie panis ponit̄ p̄sen
tia xp̄i corporis. Secūdo ꝙ non di
cimus substantiam panis āñihilari
eo quod annihilatio fit rei quando
sic desinit esse. ꝙ nihil ponit̄ aliud
loco eius. hic autem quia ponit̄ lo
co eius substantia xp̄i corpis. Jđo
non dicimus eam annihilari ꝫ con
uerti. quasi careamus xp̄rijs termi
nis illius transsubstantiationis id
est transitus vnius substantie ī aliā
Tercia deniꝗ via probationis que
datur a rebus gestis ī sacra scriptu
ra. Aduertendū ꝙ cum totus nr̄ la
bor tendit ad hoc qđ fideli populo
ostendatur credibile hoc mirabile
signum. Est facile hoc ostēdere etiā

Tercia via pbationis a rebus gestis tā a naturalibus ⁊ sepe ... dyoboli...

iudeis et paganis. taceo de cristianis. qui vtiꝫ minus habent dubitare quam ceteri qui mirabiles conuersiones rerum creatarum crediderunt factas tam a diuina potentia q̄ꝫ dyabolica ⁊ superstitiosa arte quam etiam in conuersione quotidiana panis ⁊ vini. ⁊ aliarum rerū comestibilium in substantiam nostri corporis. Et dicamus primo de hijs que omnipotentia diuina peregit. Quia enim Genes. primo ⁊ ps. lxxviij. Ipse dixit ⁊ facta sunt. habetur ꝙ deus mūdum ⁊ omnia ex nihilo creauit sola virtute verbi sui. ꝙ maius est q̄ꝫ facere aliquid. non ex nihilo sed ex aliq̄. vt videlicꝫ illa diuina potētia que maius potuit etiam hoc minus facit potētia verborum sacramentalium videlicꝫ. hoc est corpus meum. ⁊ hic est sanguis meus. Patet secundo ex his q̄ Genesis tercio habentur. ꝙ vxor loth conuersa est in statuam salis. ita ꝙ corpus non anima transmutatum fuit in corpus ⁊ substantiam veraꝫ salis ad longitudinem statue. vt prius erat corpus naturale. Et in exo. capitulo quarto ⁊ tercio habetur de conuersione virge Moysi in serpētem. ⁊ de conuersione aq̄ in sanguinem. hinc clamat Ambrosius de totius mundi operibus legitur. ꝙ ipse dixit ⁊ facta sunt. Sermo igitur q̄ potuit ex nihilo facē qꝺ nō erat bene potest ea que sunt mutare in id ꝙ non erat. Et in nouo testamento vbi xp̄us mutauit aquam in vinū. In quibus vtiꝫ semper diuina potentia mutauit substantias rerum in alias naturas. Quare si iudeus talia non negat quin diuina potentia fieri possunt. quomodo xp̄ianus dubitare potest circa mutatōem substantiarum. Et si dicis illa fuerunt visa ad oculum. Respondetur ꝙ p innumerabilia signa. etiam demōstrata fuerunt ad oculum veritas carnis cristi in sacramēto. vt supra in precedenti sermone ex verbis pascasij patuit. immo veraciter dici pt ꝙ si non obstarent varie cause propter quas omnipotens deus vult vt non videatur corpus suum in sacramento. vtiꝫ permisisset clare et nude ab omnibus suam personalē presentiam cōspici. Sed quia meritum fidei tolleretur. quod iāꝫ potius augmētatur. vbi deo creditur in hijs que supra sensum ⁊ intellectum existunt. ideo sic deus operatur. Item quod nec claritas eius corporis posset intueri ⁊ indigni sine peccato damnatōnis possent cōspicere. ⁊ alie q̄ꝫplures cause a doctoribus assignantur. Vide supra sermone quarto huius secunde partis. Cur sub velata spē eucharistia ām̄inistrat. Fortificat deniꝫ fides nostra ex gentilium simul et philosophorū erroribus q̄ varias posuerunt humanarū corporum immutationes. Sicut de varrone narrat beatus Augustinus decimooctauo de ciuitate dei. quem ⁊ fidelem hystoriographū reputat qꝺ scripsit ꝺ q̄busdā hoibus de archadia. q̄ q̄dā stagno trāsmeato ꝯuertebāt i lupos ⁊ i locis desertis cū feris ⁊ bestijs viuebāt ⁊ trāsactis nouē ānis si interim nō

vescebantur carne humanā.rursus
eodem fluuio remeato cōuertebā
tur in homines. cōmemorat varro
se vidisse vnū.qui per.ix. annos fu
it lupus. Similē transformtōnē re
fert augusti.de socijs vlixis.redeun
tibus de bello troyano cōuersos in
aues. Ex quibus patet .ꝙ si gētiles
credebant huiusmodi cōuersiones
substantiales posse fieri q̄ tamē nō
erant substantiales.cū solum presti
giosa arte ꝛ amissione sepe vsu rōis
diabolica arte.vt supra in sermone
vj.huius secūde partis circa medi
um deducit fiebāt: quō xpian⁹ du
bitare potest. vbi de⁹ opat. cōditor
vtiqꜫ naturaꝝ oim.ꝛ apud quē non
ē impossibile omē verbū. fortificat
deniqꜫ fides ex alijs trib⁹ mutatio
nibus quas q̄tidie fieri cernimus.

Triplex mutatio artis nature ꝛ gratie probant mutationē sacramentalem.

Ubi notandū iuxta sanc.tho. in su
is sermonibus de xpi corpe. ꝙ diui
na puidentia mutatōnes reꝝ trib⁹
modis fieri voluit.pter eas q̄s ver
bo suo fac.s.arte.natura ꝛ gr̄a hois
Ars em̄ homis vnā sbām mutat
in alterā. vt patet in vitrifice q̄ vilē
cinerem in pciosū ꝛ nobile mutat
vitrū.Ergo multomagis.virt⁹ ver
bi xpi.mutare potest panem in cor
pus eius.ꝛ vinum in sanguinē.Ec
clesiastici.viij. Sermo dei potesta
te plenus est. nec quisqꜫ ei dicere pt
quare ita facis. Item natura mutat
vnam substantiam in aliam. sicut i
vite aqua pluuialis mutatur i vinū
virtute solis. Et opere apum succ⁹
florum per secreta nature mutat in
fauū. Sic similiter in nobis ipis pa
nis quē manducam⁹ quotidie p na
turam mutatur in carnē. Ergo mł
tomagis virtus vbi xpi.mutare po
test panem in sustantiam corpis sui
vnde Damas. sicut panis ꝛ vinum
transeunt per nutrimentum in cor
pus hominis. ꝛ non in aliud corp⁹
Ita panis ꝛ vinum virtute consec
tionis transeūt in corpus ꝛ sangui
nem xpi. Item tercio gratia homi
nis mutat substantiam vnā in aliā.
Hinc moyses per gratiam sibi con
cessam mutauit virgam in serpētē.
ꝛ aquam in sanguinem. Ambro. si
tm̄ valuit benedictio hūana. vt na
turam per moysen cōuerteret. quid
dicemus de ipa consecratione diuia
vbi ipa verba saluatoris opant. Si
ergo queris: quomō panis pōt fie
ri corpus xpi. Rn̄deo consecratōne
que fit xpi sermone.

Sermo.xiij.ꝛ tendit terciū miraculum qđ accidētia manēt sine subiecto. declaratur sz resumatur thema si placz.

Q[c]uom vo tercium miraculū
in consecratōne deus opera
tur.in eo ꝙ accidentia zuefel
panis manent post consecrationē
sine subiecto:on eyn gruntfestung.
Cōtinet pn̄s sermo duas in genera
li doctrinas.quarum Prima decla
rat naturam accidētiū manere i sa
cramento post consecratōnem. Se
cunda probat eandem veritatē per
gesta.rōnes ꝛ scripta doctorum. Et
hoc tribus vijs.scilicet ab auctorita
te. ratione ꝛ exemploꝝ deductōne
Salutē ergo ꝛc.cum ad pⁱmū sum

accidentia prius exprimēda. Et de
mū mirabilia signa ꝓbanda idō no-
tandū. Nam accidentia dicimus al
bum colorē panis. albū vel rubeū
colorem vini. Item saporē panis
aut vini. Itē grauitatē id ē pondus
panis vel hostiaꝝ seu etiā vini q̄nti
tatem Itē figurā circularē panis.
ꝛ suo mō vini in calice. Item exten
sionē. i. latitudinē magnā vel paruam
hostie. ꝛ suo modo vini. Itē gustus
panis aut vini in ore. Item sonus
fractionis hostie. ꝛ si qua alia acci-
dere possent. Dicat p̄dicator. qd q̄
hec eedem vt apparet ad sensum vi
sus. manēt de cōi lege qd dicit q̄ p
miraculū sepe mutant. vt supra de
sacramento miraculoso tactū ē an̄
consecrationē ꝛ post. Et tamē supra
ꝓbatum ē ꝙ naturalitas seu substā
tia panis in quā ista accidētia erant
fundata post consecratōnem. muta
ta ē in substantiā xp̄i corporis ꝛ non
ipa accidentia cum xp̄i corpus glo
rificatum nō potest habere in se. hu
iusmodi accidentia albi coloris vel
saporis ꝛc. Ideo merito querūt do-
ctores. qd de istis accidētibus dicē
dum sit. vbi videlicet manent i fun-
damento suo naturali. Et aduertat
p̄dicator populo simplici declara-
re. qd nō sit idem color panis ꝛ sub
stantia panis ꝛc. etiā s̄m naturalem
philosophiā. vbi arestoteles p̄mo
posuit predicamentū substantie. ꝙ
omnibus alijs accidentibus substat
vñ nihil hic fides habet agere. vbi
ratio naturalis manuducit. Est er
go conclusio. ꝙ predicta accidētia.
non fundantur in substantiam pa-
nis aut vini. post consecratōem cum
illa sit conuersa in corpus xp̄i ꝛ ei⁹
sanguinem in altari vt supra patuit
Nec fundantur in aere circūstante.
cum nullam habeant conuenientiā
cum aere. Ideo manent sine subie-
cto. sola diuina virtute circa corp⁹
xp̄i aut eius sanguinem sustentata.
Patet cōclusionis prima pars ab Conclusio ꝓbat̄ p̄mo ab auctē
auctoritate ex precedenti miraculo
ꝙ sonat substantiam panis esse cō-
uersam in corpus xp̄i. ꝛ non ipa ac
cidentia vt etiam sensus demōstrat
seu experientia. Patet etiam secū-
da pars ꝙ. s. non sunt in aere circū-
stante fundata. tum quia nō potest
penetrare aer. istam extensionem. i.
latitudinem hostie. tū etiam ꝙ alia
accidētia scilꝫ color ꝛ sapor aut etiā
duricies panis non habent conue-
nientiam cum aere. qui mollis est
ꝛ mobilis tum etiam ꝙ accidentia
illa haberēt semper nouū subiectū
quando deportarentur ad nouū lo
cum seu aerem ꝛ sic mutetur de su-
biecto in subiectum. Unde conclu
ditur ꝙ hoc mirabile signum diuia
potentia quottidie operatur. vt sic
habeant esse sine subiecto. Sūt ad
hoc auctoritates omniū sanctorum
doctorū. in eorum scriptis sup q̄rtū
senten. distin. xij. in q̄stione. Utrum
in eucharistie sacramēto stet aliqd
accidēs sine subiecto. Nec expedit
populum informare de duab⁹ vijs
doctorum. quorum vna vult ꝙ oīa
maneant sine subiecto. Alia que et
cōmunior tā sancti Tho. q̄ꝫ Scoti.
ꝛ Bonauē. ꝙ solummodo ipa quā
titas hostie aut vini maneant sine
subiecto. Alia autem vt color sapor
ꝛc. habent ipam quantitatem ꝓ su
biecto post cōsecrationem sicut aīt.
Item nec expedit populo predica-

re q̄diu maneat corpus xp̄i sb̄ istis accidentibus. ꝛ q̄diu accidentia retineant nomen ꝛ rōnem seu ꝓprietatem accidentis. vt sic valeat manere sub eis corpus xp̄i aut sanguis. Quia ei sp̄alē d̄sup collegi tractatū ꝓpt̄ varias negligentias cōmissas. sepe in amissione sacramēti per furtū vbi nouissime in dioc̄. pataniēn̄. circa sacramentū ꝑ triennīū amissū furtiue ꝛ postmodū in suo sacrario inter vepres repertū. magna fuerat altercatio int̄ doctos. An sub illis speciebus liquefactis. ꝛ in simul cōglutinatis esset verum xp̄i corp⁹ q̄d em̄ in tali casu sentiendū sit. ibidez declaraui. solūmō aūt populū auisare potest predicator. qd̄ in tali casu ad doctos recurrendū sit. ꝛ dicere qd̄ nulla immutatio q̄litatis. id ē coloris aut saporis tollit veritatem xp̄i corpis. nisi tāta sit ꝙ tolleret naturā ꝛ ꝓprietatem panis. si ibi adesset. cetera ibi declarant̄. Demū hoc mirabile signum probatur per rationem. Namq̧ ꝙ sine subiecto accidentia maneant triplici ratione cōgruit. primo vt eo melius ducāt in noticiam corporis xp̄i absq̧ omni hesitatione. Si enim haberent substantiam pro fundamento post sic̄ an̄ consecratione, ducerent in noticiam substantie panis cum ꝛ prius ducebantur immediate in cognitōnem substantie panis. nūc autem ꝑ suppositalfide. que ꝓprie debet esse de non visis. melius ducūt in cognitionem xp̄i corporis. Est etiaz secūda ratio. Quia enim per fidem vnimur xp̄o capiti. ꝛ ad fidem pertinet sepe credere ea. que non soluz sunt supra intellectum verumetiam que sunt supra naturam. vt virginez parere aut contra naturam vt ignem non calefacere. ꝛ hoc sacramentum dicitur misterium fidei. quia altissima hic creduntur in maximuz fidei meritum. Ideo pro quotidiana assuefactōne intellectus nostri ad credendum ea que supra naturā sunt. ꝓponūtur ea que contra naturam sunt accidentiuz. scz credere illa nō inesse cuz tamen iuxta philosophū in secundo de anima accidentis eē est inesse. Est ꝛ tercia ratio ex vsu q2 enim hoc sacramentum est sp̄ualis cibus anime. ꝛ non corporis. expedit vt ibi non sit substantia panis. q̄ est cibus corporis. Vnde ꝛ accidētia oportet manere sine substantia panis. ꝛ sic sine sb̄iecto. Deseruit ꝛ quarta causa quia enim hoc sacramentum est dignissimū ꝛ perfectissimum. vt patet propter ip̄m cōtentum. Ideo etiam oportet ꝙ omnia que in hoc sacramento sunt altissimū statum recipiant. cum aūt substantia panis recipit dignissimum statum. ꝓpter mutationem factam in cristi corpus videlicet ꝙ loco ei⁹ sit xp̄i corpus. decēs est vt ꝛ accidētia altissimū statum recipiant. videlicet ꝙ ad eorum esse concurrat solummō diuina virtus. Item ꝙ habeāt omnē actionē cibandi sine sb̄stantia panis ac si ipsa substantia ꝑsens esset. Item ꝙ tamdiu vult sub eis manere p̄ntia diuini corpoꝝ. q̄zdiu mansisset substātia panis ante consecrationem. Has inq̧ ratōnes non oportet om̄es adducere. s3 manent ad placicitum. Predicator in

Probat̄ a rōne

ueniet ex scripto Tho. in suo quar-
to senten. dis. xij. Tercia deniqꝫ via.
que est per gesta ꝛ rerum similitudi
nes ex sacra scriptura probaꝫ hoc
mirabile signum. Nam quarto Re
gum secūdo habeꝫ. ꝙ habitatores
hiericho venerunt ad heliseū dicen
tes. Ecce habitatio ciuitatis huius
optima ē aque pessime sunt et ter-
ra steril. at ille ait. Afferte mihi vas
nouū ꝛ mittite in illud sal. Qui cū
attulissent egressus ad fontes aqua
rū misit in illud sal ꝛ ait. hec dic̄ do
min⁹. Sanaui aquas has ꝛ nō erit
in eis vltra mors neqꝫ sterilitas ꝛc̄.
ꝛ facte sunt dulces. In q̄ ꝯuersiōe q̄
tuor ꝯsideraꝫ. s. claritas aq̄ exterior
q̄ est vt cōtinēs. Amaritudo interi-
or ꝛ inuisibilis que est vt contentū.
Operans fuit gratia ꝓphetalis. vt
sanctitas ꝓphete. Operatū fuit dul
cedo in missa. ꝛ sicut primū mansit
sine mutatione ꝛ scd̄m fuit immu-
tatum scilꝫ amaritudo in dulcedi-
nem. ita substantia terrena in dul-
cissimum xp̄i corpus. ꝛ hec omnia
per virtutem sanctitatis ipsius pro-
phete id est per virtutem omnipo-
tentis dei. que per verba sacramen
talia operaꝫ. Adest similitudo etiā
circa mutationem naturalem. Vi-
demus enim ꝙ oua ponuntur sub
gallina. aut colūba. ꝛ per naturam
mutantur in carnem aut auiculam
viuā. In qua mutatione etiam illa
quatuor possumus inuenire. scilicꝫ
testam. que est species oui exterior.
ꝛ intrinsecum. s. vitellum quasi sb-
stantia oui interior. ꝛ operans scilꝫ
natura auis. ꝛ opatū opaꝫ. scꝫ inte-
grū corpus pulli viui. Et sicut pri
mū manet scilꝫ testa exterior. ꝛ in-
trinsecum non manet. sed mutatur
in quartum. s. in corpus pulli viui.
ꝛ hoc per terciū. s. per operantē na-
turaꝫ auis. Ita per omnia cōtingit
in hoc sacramento. Et sicut albedo
ꝛ testa nō corrūpitur. immo sic̄ pri-
us vitellum oui demonstrauit sine
sui immutatione. ita postmoduꝫ de
monstrat sed occulte viuam carneꝫ
Ita albedo panis sicut māsit an̄ cō
uersionem demonstrando substan-
tiam panis. Ita post conuersioneꝫ
demonstrat sine sui mutatione diui
num xp̄i corpus.

Exempla super tria mira-bilia signa supra enumerata

Erat quidam hereticus de eucha
ristie sacramento male sentiens. vt-
pote ꝙ verus panis sic̄ an̄ consecra
tōnem. ita post semper sub specie al
ba ꝛ consueta maneret. nec aliqua
adesset differentia. inter illuꝫ paneꝫ
consuetum ꝛ aliū ꝛ dum interroga
retur quomodo essꝫ adorand⁹. Re
spōdit ꝙ intentio esset referēda ado
rantis ad xp̄m i patria. cuius ipm
sacramentum visibile esset quedaꝫ
ymago ducē in ymaginatum. Cū
autem super hoc delatus fuisset in-
quisitori heretice prauitatis. timēs
ne inq̄sitio fieret contra eū finxit se
arreptū a demone ꝛ sic ligat⁹ ad q̄n
daꝫ ecciam ē deduct⁹. qr reputabaꝫ
obsessus. Sed dū esset ibi q̄dā cleri
cus veraciter obsessus. sb̄seq̄nti no-
cte diuino nutu absolutus est a vin
culis ꝛ aggregans mattas ꝛ strami
na ꝛ scamna ecclesie super hereticū
ligatuꝫ cumulauit. que om̄ia in dū

ꝛ furiā ille hereticus credidit ꝛ dissi
mulauit. quousq; clericus ignez de
lampade sumens. cōburere cumu-
lum cepit. ꝛ tūc hereticus exclama
uit ꝓ adiutorio. At custodes eccle-
sie duz ignem voluissent extingue-
re. clericus arrepto gladio quē ca-
su iuxta lectū inuenerat. oēs vio-
lenter abegit. dicens obsessus nō ē.
qꝛ si eēt demō ipm iuuaret heretic⁹
autem est. ꝛ se obsessum dissimula-
uit ne combureret. vult autem de⁹
vt comburatur. quia male de sacra-
mento sensit. ꝛ sic heretico cōbusto
statim sine mora clericus idez a de
mone. diuina pietate liberatus est.

¶ Alud ad idem.

¶ Fuit quidam hereticus in ꝓuin
cia Brabantie. q̄ ab inquisitore cu-
rie seculari relictus comburi debe-
bat. Cum autem proiectus ꝛ ligat⁹
esset ad ignem. clamauit iuuate me
ꝛ statim demones extraxerūt eū de
igne. Qui cū denuo esset proiect⁹.
ꝛ fuisset semper liberat⁹. iam catho
lici mutuo disceptabāt de fide. Su
peruenies aūt vnus p̄dicator dixit
episcopo. faciat huc portare corp⁹
xp̄i. Quod cū factum fuisset. heretic⁹
ad ignem proiectus. sicut prius cū
clamaret adiuuate me. demones re-
sponderunt. non possumus qꝛ ma-
ior nobis superuenit.

¶ Sermo. xiiij. ꝛ tendit sup alia tria mirabilia signa que deus opatur circa contentū seu possessuz in hoc sacramē to etiam per tres sermones. ꝛ primo de hoc ꝙ tā magnū glorificatum xp̄i corpus con tinetur sub tā pua spē panis.

Mirabilia opa tua dn̄e et aīa
mea cognoscet nimis ꝛc̄. vt
supra. Expedito de trib⁹ mi
rabilibus signis diuine opationis
q̄ cōsiderātur in diuini corporis cō
secratione. Jam dicendum ē de tri-
bus alijs signis mirabilib⁹. que se-
cūtur ex efficacia consecratōnis su-
per xp̄m contentum ꝛ cōphensum
in altari. quoꝝ primū est. ꝙ tam ma
gnū diuinū corpus cōtinet sub par
ua specie panis. Scdm ꝙ idem dei
ficū corpus ē in pluribus locis. in
pluribus hostijs et porcionib⁹. per
vniuersam ecciam. Terciuz ꝙ licet
sic sit in pluribus locis ꝛ hostijs. tn̄
per partes nō ē diuisus. Salutetur
virgo ꝛc̄. Habet p̄sens sermo duas
ammistrare salubres doctrinas q̄ꝝ
Prima demonstrat totam quanti-
tatem xp̄i corpis vt ē in celo. etiam
existere in sacramento. Secūda de
clarat ꝙ extēsio illa quātitatiua tm̄
distat inter membra in sacramento
sicut existit in celo. Partes probā-
tur successiue. Et primū cū probā- ¶ Conclu[sio]
dū sit auctoritate. rōe ꝛ similitudie ꝓbatur
sicut precedentia. dat pro auctorita ab auct[oritate]
te ꝛ ratione doctoꝝ conclusio. Et si
tota lōgitudo ꝛ latitudo deifici cor
poris in celis existentis. ꝛ ad dexte-
terā patris residentis. ē post conse-
cratōnē. sub quantūcūq; parua spe
cie panis. non tamē partes vt caput
man⁹ ꝛ pedes ꝛc̄. mutuo subintrāt.
sz ita distant ab inuicem. caput a ce-
teris membris sui deifici corpis sb
hostia panis. sicut ab inuicez distāt
in celis. Prima pars cōclusionis ē

sancti Tho. Scot. Bonauen. ⁊ omniū cōmuniter qui i eoꝝ scriptis super. iiij. sent. dist. x. querūt: an xp̄us i altari sit ſm nālē suā q̄ntitatē quaʒ habet in celo. Secūda etiaʒ pars ꝙ tantū distat caput a pedibꝰ ⁊c̄. in sacramēto sicut in celo. Similr̄ cōcludunt. eo ꝙ hmōi longitudines ⁊ latitudines mēbroꝝ non cōmensurātur exteriori latitudine spēi panis: sed interiori dispositione deifici corporis q̄ requirit vt abinuicē debeāt distare. Et si alicui videtur difficile: tamē vt patebit in sequētibus ꝑ rationes ⁊ similitudines est facile intelligere: cuʒ etiā sic totus mūdus sub grano milij posset cōtineri. Probātur et per rationes. Quia em̄ vt supra tactuʒ est in prima parte operis si xp̄us debet esse in altari oportʒ ꝙ sit sicut esse habʒ in celo. ratio. quia al's non diceret christus esse in altari. Et simili sicut christus dedit in cena tale corpus quale habuit. s. passibile ⁊ mortale: ita nūc dat quale habet. s. glorificatū ⁊ imortale. et sicut si in triduo mortis sue aliquis apostoloꝝ cōsecrasset: vtiqȝ tunc sub panis specie fuisset corpus mortuū: videlicʒ sine aīa ⁊ sanguine: ⁊ sub specie vini sanguis solus sine corpore et anima. Ratio. quia sic erant partes in seipsis disposite: id est abinuicem sepate. ergo ⁊ iam cōsecratur in altari sicut in seipo est. Illa ps ꝙ ita distant partes et mēbra xp̄i abinuicem in sacramēto sicut in celo: probatur ea ratōe. quia cum corpꝰ christi sit in sacramēto viuū: patʒ ex precedenti declaratōe. ⁊ tale corpus viuum requirit extensionē mēbroꝝ. ⁊ non requirit ꝙ mēbra inuicē subintrent. quia sic priuaret corpus vita. imo nec in corpore mortuo vt patet subintrant: sed manent extensa mēbra. ergo a fortiori hec semꝑ mēbra christi in sacramēto sunt extensa ab inuicē distātes sicut in celo. Ex qua ratōe si p̄dicator ꝓpter doctos vellet aliq̄d in latino allegare si eēnt p̄sentes: dicat ꝙ per hanc rationē refutātur opiniones erronei. vbi quidā dicebant fieri cōuersionem sacramentalem soluʒ in substantiā christi corporis ⁊ in nullū accidens: eo ꝙ accidentia nihil cōferrent ad cibum spiritualē ⁊c̄. Patʒ falsitas. quia oportet ꝙ christi corpꝰ hic sit viuū q̄ꝺ requirit quātitateʒ ⁊ accidētia. Alij dicebant ꝙ quātitas esset quidē in sacramēto. i. lōgitudo ⁊ latitudo christi corporis: ꝫ non ſm longitudineʒ ⁊ latitudinē. i. extensiue: sed solū intensiue. Et licʒ hec opinio posset sustineri: tamē quia etiā repugnat veritati viui corporis. sicut ⁊ illa q̄ dicebat ꝑtes inuicem subintrare. ideo cōmuniter non tenet. Et quia difficilia vident ad credenduʒ. deducat tertia pars per silitudines. Vbi primo aduertendū ꝙ quia in cognitione credendoꝝ articuloꝝ fidei. expedit nobis totum intellectū nostrum captiuū ducere. iuxta apostoluʒ qui dicit. Captiuātes omnem intellectū i obsequiū fidei. Hec captiuatio sic debet fieri. Primo vt cogitemus ꝙ non om̄es eq̄liter articulos fidei cognoscimus sicut nec omnes equaliter docti sumus. vnde semper expedit credenti vt cogitet. q̄ꝺ ego nō intelligo alter intelligit quē deus magis illuminauit. aut qui maioreʒ diligentiam adhibuit vt intelligeret.

Tertio a similitudinibꝰ ꝓbat veritas.

Per sĩlitu-
dines sacre
scptture ꝛ rei
ruз nãalĩũ
ɔbaẗ ɔclu-
sio.

Secũdo expedit cogitare ꝙ ea que
scimus sunt minima pars eoꝝ que
ignoꝛam⁹. vt dicit phus p̊. Phisic.
imo quãtumcũ ꝙ doctus phus nũ-
ꝙ potuit minime rei naturã cogno
scere. vt naturam aranee quã nunꝙ
ad plenũ quidã phus potuit inuesti-
gare. aut naturã vermiculi ꝗ ex ster
coꝛe equo nascit̃ virtute caloꝛis so-
lis. Propter qδ etiaз phus dixit. ij.
de aĩa. ꝙ intellectus noster se habet
ad manifestissima nature. i. ꝗ ex sui
natura apta sunt ad cognoscendũ. si
cut oculus noctue ad lucem solis: ꝗ
videlicз noctua ꝓpter debilẽ suũ vi-
sum nõ potest inspicere: licз sit cau-
sa omnis inspectõis rerum coꝛpoꝛa
lium. ¶ Tertio cogitet ꝙ ꝓpter p̃missa
etiam habemus cõcedere ꝙ de⁹ innũ
mera potest et quotidie opatur que
nos nunꝙ intelligere aut cognosce
re possum⁹. iuxta illud Augusti. ad
Volusianũ. Dicere opoꝛtз deũ pl⁹
posse ꝗ nos fatemur intelligere non
posse. In reb⁹ eñ mirabiliter factis
tota ratio facti est potentia faciẽtis
scз dei. vnde sic intellectũ nostrũ ca-
ptiuãdo: clare p similitudines intel
ligere possum⁹ quomõ magnitudo
latitudo ꝛ lõgitudo ẽ sub parua q̃n-
titate panis. Sicut eñ ex paruo gra
no crescit imensa arboꝛ cum radice
magna ꝛ ramis multis: cum frondi
bus floꝛibus ꝛ fructibus eoꝝ: quoꝝ
nullũ fuit in grano. sic ꝙ sub parua
specie panis existat imensum coꝛp⁹
deificuз. Si hoc natura potest: quid
cõditoꝛ nature facere non põt? Iteз
quomõ ex paruo ꝛ vili humoꝛe na-
scitur humanũ coꝛpus cum taз mi-
rabili armonia. i. ɔsonantia aut vni-
one membroꝝ: etiam interius ꝛ ex-
teriũs. Quis excogitare potuit nisi
ipse conditoꝛ hominis qui etiam in
hoc sacramento operat̃? Item cogi
tet quomõ mons magnus et turris
excelsa in paruam oculi pupillã in-
trare potest. et imago magna taз ex-
pꝛesse ꝛ integre apparet ĩ paruo spe-
culo sicut in magno. Vnde ꝛ illud
verificat̃. Domin⁹ in syon magnus
Syon scdm Papiaз ꝛ Augustinũ
dicit̃ speculum: in quo magnus do-
min⁹ relucet: quãdo sub parua spe-
cie panis sicut sub magna est totuз
chꝛisti coꝛpus per cõuersionem. san
guis per cõmixtionem. anima p cõ-
iunctionẽ. ꝛ deitas integra per vni-
oneз personalem. que verba bñ ma-
sticanda sunt ꝛ bene populo p̃dicã-
da. Deseruit ꝛ figura mãne. de qua
in pꝛima parte operis circa mediuз
tractatur. vbi Exoδ. xvj. tangit̃ con
similis effectus quo ad cibum spiri
ualẽ anime. Legit̃ eñ ibidẽ ꝙ dñs
dixit ad moysen. Colligat vnusquis
ꝙ ex eo q̃tum sufficit ad vescendũ:
gomoꝛ p singl'a capita iuxta nume-
rum animaruз vestrarum que habi
tant ĩ tabernaculo: sic tolletis. Fece
runtꝙ ita filij israel: ꝛ collegerũt ali
us plus alius minus: et mensi sunt
ad mensuraз gomoꝛ. Nec eniз qui
plus collegerat habuit amplius: ne
ꝙ qui minus parauerat. Ita et hic
non est quãtitas estimanda: sed vir-
tus spiritualis. quia qui magnũ pa
nem cõsecrat non habet amplius q̃
veruз coꝛpus domini. et qui paruũ
nõ habet minus q̃ integrũ coꝛpus
xpi ad salutẽ sui.

¶ Sermo. xv. et tenet super
secundũ miraculum: qδ vnũ

τ idem corpus glorificatum est in pluribus locis plurib⁹ hostijs per ecclesiam. Resumatur thema.

Hoc insuper miraculum qd vnum corpus christi glorificatū est in diuersis τ quasi innumeris locis: dū quotidie consecratur. et etiam in qualibet parte hostie. τ simul sub sacramento et in celo. Probatur etiā triplici illa via. auctoritate ratione: et similitudine. Salutet virgo τc. Amministrat iam duplex catholica doctrina. Quarū prima docet vnum christi corpus esse per ecclesiam in locis innumeris. Secunda docet ꝙ hoc mirabile signum fit solum virtute sacramentalis cōuersionis. Primum autem miraculum probare ab auctoritate est auctoritas doctorū omniū in quarto scripto sentent. distinct. x. vbi precipue sanctus Thomas querit An corpus christi possit esse in diuersis locis: concludens ꝙ sic tali cōclusione. ꝙ licz corpori christi non cōueniat esse in pluribus locis inq̈ntum est corpus. quia sic cōueniret omni corpori. Nec etiā ei cōuenit inq̈tum est gloriosum: cum nec anime glorificate hoc cōuenire potest. Nec iterum cōuenit inq̈ntum est diuinitati vnitum: eo ꝙ talis vnio non ponit corpus extra termios τ limites corporeos. Tamen hoc ei cōuenire potest inq̈ntum est terminus cōuersionis sacramētalis. Partes cōclusionis patent clarius per rationes adducendas. Nam sicut supra tactum est quādo aliquid incipit eē vbi prius non fuit: oportet e pnobus modis per vnum fieri: vel ꝙ ibi incipiat esse tanꝗ ibi constitutum ex alio loco: vl' ꝙ in suo loco maneat. et tamē per cōuersionem alicuius rei in ipsum etiam habeat esse alibi. vt exemplum erat datum de igne qui peruenit ad aliquam domum vel quia fuit deportatus seu accensus illuc: vel quia aliud combustibile fuit accensum et per talem cōuersionem peruenit etiam ad aliū locum. Et quia isto secundo modo potest transferri ad innumera locā vno igne in suo remanente loco. Ita τ dominicū corpus erit in vno loco: in celo videlicz localiter: et per cōuersionem sacramentalem in innumeris locis. Conclusio ergo tacite respondit ad questionem qua aliquis quereret: vnde habet deificum corpus ꝙ possit esse simul in multis locis. habz ne ratiōe corporis: aut ratōe glorie: quia videlicet glorificatum. aut ratione diuinitatis cui manet ꝑsonaliter vnitum: Respondetur ꝙ nullo istorum modorum: sed ratione cōuersionis sacramentalis: ex qua sacramentali cōuersione vnius substantie in aliam: id est substantie panis in substātiam christi corporis. sicut ex accensione plurium combustibiliū ab vno igne: talis ignis inuenitur i multis locis. Et si dicatur ꝙ tunc quamcūꝙ substantiā corporalem deus posset in substantiam sui corporis conuertere: τ consequēter facere ꝙ esset in multis locis. Respondetur ꝙ ita deus posset substantiam lapiditatis in suum cōuertere corpus sacramētaliter: τ sic cōsequēter facere ꝙ essz in multis locis. et sanct⁹ Tho. multa in ꝑdicta q̄stiōe et solutiōe vltimā

Cōclusio ꝓbat inducte τ rōn.

Tacite respondet ad duas qōes

Nota hic infra de errore Averrois et imp[er]itorum / Platonis et homerum / Iudeorum et helyam

argumēti deduci que tñ non expedit nisi scholastice deducere apō doctos. Et si dicat̄. tamē dictū est ꝙ nō cōuenit corpi xp̄i rōe corporeitatis. Rñ. ꝙ nō ꝯuenit rōne corporeitatis absolute: ꝫ in ꝯpatōe ad cōuersionē sacramētalē. Vex aduertendū ꝙ si hec rō nō sit p̄dicabilis ad vulgum. Dicat p̄dicator ꝙ ideo deificuz corpus pōt esse in pluribus locis: eo ꝙ duplex esse ꝯsiderat̄ erga dñicū corpus. vnū naturale. aliud sacramētale. Primo modo nō est possibile. qꝛ sic residet in celo ⁊ manet in vno loco. Alio mō bñ pōt esse in multis locis: videlꝫ ꝑ sacr̄alē cōuersionē modo exēplificato de igne. Hoc ğ qȯ mētes credentiū pulsat quō sit possibile ⁊c̄. facit ꝙ cogitāt solū de esse naturali: ẜm ꝙ substātia naturalr̄ suis dimēsionib⁹. i. quātitatib⁹ ⁊ qualitatibus extendit̄. Et nos ꝯcedim⁹ ꝙ sic non pōt esse in multis locis simul ⁊ semel. Sed secūdo mō nō est impossibile: qȯ iam tertia via ꝓbat̄. scꝫ ꝑ similitudines rex gestox. Nō em̄ gētili ⁊ iudeo nō est incredibile: vtiqꝫ nec xp̄iano debꝫ esse. Gētiles em̄ ⁊ naturales ph̄i in multis posuerunt ꝙ vnū ⁊ idez pōt esse in diuersis locis simul ⁊ semel: vt p̄mo aiaz homis: q̄ cū sit sp̄us et indiuisibilis est: tñ tota in toto corꝑe est: ⁊ tota in q̄libet eius ꝑte nō solū ẜm potentiā ꝫ etiā essentiā. Itē posuerūt vnā intelligētiā totā sperā octauā in. xxiiij horis: nō obstāte ꝙ in illa spera sunt īnumerabiles stelle. ⁊ ꝙ quelibet est maior terra. ⁊ tñ posuerūt illū angelum quā intelligentiā noiabant esse p̄sentē toti celo ⁊ cuilibet stelle ei⁹ ⁊ ⁊ cuilibet parti eiusdē orbis. ꝙ ⁊ rei

Quod⁹ facilis ad p̄dicandū quō xp̄i corpus p̄t eē i multis locis.

Tertia via ꝓbatiōis ꝑ exēpla.

veritas se habet: licꝫ fantasia Auerrois ⁊ Platonis careāt veritate. quorum primus posuit vnuz intellectū in omnibus hominibus. secundus vnum hominē naturalem eundem numero esse in omnib⁹ hominibus particularib⁹. Qui licꝫ falsas habuerunt imaginatiōes: tamen ista ponimus vt sentiant xp̄iani non fuisse paganis incredibile vnū ⁊ idem esse simul ⁊ semel i diuersis locis. Iudei etiam false imaginātur Helyam esse p̄sentem simul ⁊ semel in diuersis locis: quādo paruuli eox circūcidunt̄ in toto orbe. Quomodo ergo non debet esse credibile humanitati christi esse simul ⁊ semel in diuersis ecclesijs ⁊ diuersis altarib⁹. Det finalr̄ p̄dicator siľitudinē de sua voce. quomō illa vna est: et quodlibet verbum vnum: ⁊ tamen simul ⁊ semel in decē milib⁹ hoim aurib⁹ manet verbuz in corde p̄dicantis ⁊ ore integrum ⁊ non diuiditur per innumeras aures. Sic verbum caro factum manet in celo. manet in corde patris. tamen est in diuersis locis. Item vna candela accenditur: ⁊ illa manente vna innumerabiles ab ea accedūtur. Si p̄dicator velit addere siľitudines sancti Thome in suis sermonibus multum ꝓutiles: inspiciet. vt vbi quis faciei sue plura proponat specula: certe in oīb⁹ equaliter ⁊ integraliter vna facies apparebit. etiam fractum in plura frusta idem apparebit ⁊ facies non frangitur. Sic reuera in sacramento christi: qui speculum dicit̄ ⁊ imago dei Sapient̄. vij. Speculuz est sine macula diuine maiestatis: ⁊ imago bonitatis illius.

¶ Exemplum super duo miracula pmissa.

¶ Erat quidam deuotus sacerdos qui quendam doctorem manicheoꝝ inuenit seducentem populum: asserens sub panis specie non verū christi corpus contineri. sed quādo christus instituit sacramentum: tunc solum dedit quendam benedictum panem: quem appellant panē sancte orationis. et hoc ideo. quia credunt duos deos seu domios. vnum in celis qui oīa inuisibilia creauit: ꝛ istū appellant benignū deū. alium malignū: scilicet diabolum: qui visibilia corpora creauit in seductionē hominum. ꝑut in lib. de heresibus eoꝝ articuli exprimūtur. ꝛ cōdemnātur xxiiij. q. iij. quidam heretici. Unde qꝛ erat versutus nimis: et concludere eū nō poterat: simplex sacerdos audiētibus omnibus dixit. Accendite lignoꝝ ignē in medio platee ꝛ ambo intrem⁹ in flammā. et si quis ex nobis non fuerit combustus: huius fides vera esse credatur. Unde cōtinuo ignis accenditur: ꝛ sacerdote apprehenso hereticum cepit eum secum trahere ad ignē. Non inquit hereticus. nō ita: sed vnusquisqꝫ nostrum singulariter ingrediatur. primo tamen tu: eo ꝙ hoc imposuisti. At sacerdos nomie christi et signo se muniens flammas est ingressus. Ignis ꝟo huc ꝛ illud dispergitur: ꝛ manet ille in medio ignis in nomine domini in nullo penit⁹ lesus. Ex clamantes autem christiani in laudes dei pre admiratiōe ceperūt perurgere hereticū vt ignem introiret. At ille reluctare cepit et subtrahere se. Tunc apphendentes eum turbe iniecerūt eū in medio ignis: clamātem vt sui misereret paratus errorē abnegare. Qꝫ cum flāma statim circūdaret eum atqꝫ vreret: semiustum eū fugere dimiserūt: clamantibus post eum. Uiuus ardeat hereticus. Sacerdotem ꝟo cum honore ad ecclesiam reduxerūt ꝛc.

¶ Sermo. xvj. tendit sup tertium miraculū in christi corporis inclusione: ꝙ licꝫ sit in pluribus locis: tamē per partes non est diuisum.

Et cum iuxta pmissa tertium mirabile signuꝫ qđ diuina potentia operatꝛ post cōsecrationē ē ꝙ licꝫ vnū xp̄i corp⁹ sit in plurib⁹ ecclesijs hostijs simul ꝛ semel: non tamē per partes est diuisum: sed integrum ꝛ perfectū manet in omnibus locis. Salutet virgo ꝛc. Presens sermo binam continet doctrinā salutarem. Quarum prima declarat deifici corporis christi integritatem sacramentalē. Secunda declarat eandē veritatē quo ad sanguinē sacramentalē. Ubi notandum ꝙ he partes probātur iterū triplici via. Ab auctoritate. ratione. ꝛ gestis sanctoꝝ ꝛ exemplis. Primum habet auctoritatē omniū doctoꝝ sub tali cōclusione. Sicut corpus christi est impassibile ꝛ gloriosum: ita ꝛ indiuisibile. Unde vbicū manet: integrū est et perfectū cum corpore ꝛ sanguine: anima ꝛ deitate. Ad idem alia cōclusio. Indiuisibilitas. i. qđ non possit diuidi nō inest

Cōclusio ꝓbatꝛ ab auctoritate.

ratione impossibilitatis. quia etiam
in cena dum dedit discipulis passi-
bile corpus: receperũt omnes passi-
biliter. sed inest ratiõe sacramẽtalis
existentie que indiuisibilitatem reti
net ratione substantie cui non com-
petit diuisio nisi ratione quãtitatis
que hic nõ extẽditur ad extensionẽ
specierum sacramentaliũ. Declara-
tio ad po pulũ ab auctoritate: dicat
predicator ꝙ ad hoc sonãt dicta do-
ctorum in q̃rto sentent. distinct. xij.
in questione: an corpus christi sit di
uisibile. declarantes ꝙ non: eo ꝙ nõ
est frangibile. Et si dicatur ꝙ frangi
tur in ore dũ manducat. R̃n. ꝙ om-
nis fractio que videtur fit circa spe-
cies et accidentia sacramẽtalia. vtpo
te circa album colorem et rotundita
tem. Ex quo sequitur ꝙ si in se non
est diuisibile: sicut etiam ecclesia ca
nit. Nulla rei fit scissura: signi tm̃ fit
fractura. a fortiori nõ diuiditur per
hoc ꝙ in multis ecclesijs cõsecratur
et sumitur. Vel dicatur ꝙ etiã dum
manducat non diuiditur: licz in mã
ducatione in ventrem sumentis tra
ijciatur. qꝫ sic declaratur. Nam cuz
manducatio ad minus tria in se ha
bet. scilicz fractionem siue mastica-
tionem. et secundo traiectionem in
ventrem. et tertio nutritionem: pri-
mum omĩno fit circa species. secun-
dum fit circa species et circa corpus
dominicũ. eo ꝙ vbi sunt partes spe
ciei panis est etiam dominicuz cor-
pus: totum tamen et indiuisibiliter.
vt iam ratiõibus declarabit. tertiuz
de nutritiõe. quia illa est duplex. sci-
licet corpalis et spiritualis. Prima
fit a speciebus. secunda a re conten-
ta: scilicz corpore christi deifica erga
animam sicut prima erga corpus.
Hec volunt doctores in sentẽtia di
cere. Sed probare a ratõe: dicat pre-
dicator ꝙ cum duplex esse conside-
ratur circa corpus christi: vt supra
dictum est. naturale videlicz et sacra
mẽtale. Et naturale dicitur vbi cor-
pus deificum cõsideratur in sua na-
turali existentia: quo ad longitudi-
nem: magnitudinez et latitudinem.
licz hec sint glorificata iam in celis.
Sacramentale autem ꝙ virtute ver
boruz sacramentaliũ existit sub spe
cie sacramentali: non tamen scd̃m
extensionem aut conditiõem speci-
erum et accidentium sacramentali-
um quibus non coextẽditur: sed po
tius indiuisibiliter existit: habendo
respectum ad illa accidentia seu ad
illas extensiones: licz in se absqꝫ ta-
li respectu extrinseco semper sit cor
pus in sua latitudine etc. vt supra ta
ctũ est. Ideo oportet dicere ꝙ si pri-
mus modus essendi corporis chri-
sti cõueniret ei vt est sub sacramen-
to tunc vtiqꝫ esset diuisibile et fran-
gibile. Et cum tale continuũ est di-
uisibile in infinituz: posset dici ꝙ in
infinitis locis et ecclesijs esset corp[9]
deificum per partes diuisuz. Nunc
autẽ quia solum sacramẽtaliter exi-
stit: et sic indiuisibiliter. eo ꝙ quanti-
tates corpis non coextendũtur scd̃m
quãtitates hostiarum seu specieruz
sacramentalium: vt dictum est. ideo
indiuisibiliter semꝑ manet christus
in omĩbus ecclesijs. Ex qua doctri-
na emanant alia duo documenta sa
lutifera. Primuz ꝙ licz dicatur pa-
nis cõuertitur in corpus christi et vi
num in sanguinẽ. et adorans dicit se
adorasse et vidisse corpus christi in

A ratiõe ꝓbatio.

altari et sanguinē in calice nō tamē debet credere q illa sint solūmodo ibi adoranda et intelligēda: corpus videlicz sub specie panis et sanguis sub specie vini. sed q ibi scilicet sub specie panis dicitur esse corpus eo q verba sacramētalia se terminaue runt ad corpus: cum tamē etiaz ibi sit sanguis per cōcomitantiam naturalem: eo q viuū corpus non datur sine sanguine. Item ibi est anima per cōiunctionem simili ratiōe. quia corpus christi est viuū et glorificatum. Item ibi est diuinitas propter vnionem personalez qua dei filius sibi pdicta vniuit in eternum. et ideo vbicūqz vnum est: scilicz corpus etiam indiuisibiliter alia existūt. Et simili modo licz adoratur et intelligatur in calice sanguis: hoc tamen est q verba sacramētalia se terminauerunt ad sanguinez. cum tamē corpus etiam ibi sit per cōcomitantiaz naturalem. anima per cōiunctionē. et deitas per vnionez. vt supra tactū fuit. Illud documentuz q sicut diuiso sacramento. i. specie panis integer manet christus sub qualibet particula panis: vt supra tactum est. ita si quis ex calice diuideret innumeras guttas: semper sub qualibet gutta est totus integer christus. ita q sanguis manet inclusus intra venas et vene incluse in corpore glorificato: et corpus cum sua anima vnituz dei filio. licz aliam et aliam habeat deificum corpus representationem. videlicet solidaz sub specie panis: et liquidam sub specie vini. que due representationes ideo necessarie sunt: vt dominica passio perfecte representetur: vbi deificum corpus solidum et aridum pependit in cruce. et sanguis deificus fluebat ex deificis membris. cum alijs etiaz rationibus vt supra tactum fuit in prima parte operis.

Pro datur documenta villa.

¶ Probare etiam pmissam indiuisibilitatem et q omnia semper manent vnita. capiamus similitudinē Gregorij in suo dyalogo. Sicut diuinitas dei vna est que totū implet multis locis mundum. ita licz multis locis et innumerabilibus diebus illud cōsecretur corpus: non sunt tamen multa corpora christi. sed vnū est corpus qd sumpsit de virgine et qd dedit apostolis. Diuinitas enim verbi que vbiqz est replet illud et cōiungit: et facit sicut ipsa vna est. Ita veritas corporis christi tenet vnitatem in veritate. Augustinus etiā dicit Cū xpm māducamus ptes de illo nō facimus: sz in sacro sit h q vnusqsqz recipit ptē suā in sacro: manet tn integer tot i celo: manet integer totus in corde tuo. Totū em erat apud prez qn venit in vtex vginis. ipleuit illā nō recessit a pre. Ita venit i carnē vt eū hoies māducarēt. manet tn integer apd prez vt angelos pascat. Itē dicat pdicator si gētiles posuerūt vt veritas ē q aia hūana nō diuidit ad diuisionē corpis. et itelligētie ac motrices orbiū celestiū: vt s. tactū ē nō diuidunt ad diuisionē subiectox suorūz. vt Cōmētator in de suba orbis sepe dic. quō nō xpus integer pseuerat et idiuisus cū a nobis sumit. Itē frāgit specl'm nō tn imago q relucet Et sic varia pnt adduci exēpla.

Similitudine pcedit probatio.

¶ Exemplum.

¶ Quidam episcopus arrianox nomine Cerula: cum non credebat diuinitatem esse in sacramento eucha

riſtie: eo ꝙ circa illam grauiſſime er
rant: dicentes filium dei minorē pa
tre ⁊ creaturaꝫ. cum plurimos ſedu
xiſſet fideles: ⁊ ob hoc rationibus ⁊
diſputatiōibus catholicoꝝ doctoꝛū
quadam die publice cōfundebatur:
dedit cuidaꝫ de ſecta ſua quinq̄gin
ta aureos ſub pacto ꝙ ſe cecum fin
geret ⁊ ab eo fuiſſet illumiat⁹. Cum
igitur tranſiret quadam die dictus
Cerula cum exercitu wandaloꝛum
audiētibus catholicis epiſcopis ca
ptiuis: clamauit ille miſer conduct⁹
ꝓcio dicēs. Audi me cerula ⁊ reſpi
ce cecitatem meam ⁊ experiar virtu
tem tuā. quia tu reddis cecis viſuꝫ.
ſurdis auditum. lepꝛoſos mundas.
moꝛtuos reſuſcitas. Tūc cerula tra
hens eum ad partem ⁊ tangens ei⁹
oculos ait. Scdm̄ fideꝫ noſtrā qua
recte credim⁹ in deū aperiant ocu
li tui ⁊ videas. Quo dicto oculi di
cti miſeri hominis inflari ceperunt.
et tantus doloꝛ eum arripuit vt vix
poſſet digitis ſuis repꝛimere. quia
oculi eius creperāt pꝛe doloꝛe. et ſic
eiulans omnibus dolum detexit. et
clamabat aureos ꝓijciens ⁊ dicens
Ecce aurum tuum ⁊ redde mihi vi
ſum. Tunc homo vſus bono conſi
lio: clamās ⁊ eiulans ꝓiecit ſe ad pe
des catholicoꝝ epiſcopoꝛum: abne
gans perfidiam arrianoꝛum. Tunc
beato Eugenio epiſcopo crucem ſu
per oculos eius ponentem: ſanitatē
⁊ viſum recepit. Qð videns Hono
rius rex wandaloꝛum: notanſq; ſe
ctam ſuam cōfundi ⁊ fidem catho
licam exaltari: ſanctos dei diuerſis
ſupplicijs fecit cruciari. Quo facto
ſol obſcuratus eſt: ⁊ dictus Hono
rius a diabolo arreptus ꝓꝛijs den

tibus ſe lacerauit. ⁊ indignam vitaꝫ
digno cruciatu finiuit.

¶ Sermo. xvij. tendit ſuper
tria vltima mirabilia ſigna:
etiaꝫ ꝑ totidem ſermones. et
pꝛimo ſuꝑ q̄ttuoꝛ modos ſu
mendi hoc ſacramentuꝫ cum
thematis reſumptōe.

Et quia iam vltimo reſtat
tria mirabilia ſigna que
in modo ſumēdi hoc dei
ficum ſacramentum diuina poten
tia opaꝛ: declarare. videlicꝫ ꝙ q̄ttu
oꝛ modis ſumi poteſt. et ſecundo ꝙ
dum manducatur non minuitur. et
dum a peccatoꝛibus ſumitur nō in
quinatur. Expedit pꝛimuꝫ pari mo
do iuxta p̄miſſa pꝛobare tribus vijs
Auctoꝛitate: ratiōe ⁊ exemplis. Sa
lutetur virgo. Amminiſtraꝛ nobis
duplex ſalutaris doctrina. Quaruꝫ
pꝛima auiſat fideles ſuper quattuoꝛ
modos ſumendi hoc ſacramentuꝫ.
Secunda ipos ſumendi modos de
clarat per varia dicta doctoꝝ. Quo
ad pꝛimuꝫ ꝙ hoc ſacramentum dei
ficū poſſit quattuoꝛ modis ſumi: ꝓ
batur ab auctoꝛitate omniuꝫ docto
rum ſuper quartū ſentenꝛ. diſtin. ix.
in q̄ſtiōe: an tm̄ ſint duo modi hoc
ſacramentū manducandi. ſcilicꝫ ſa
cramentalis ⁊ ſpiritualis. Et quidē
licꝫ quattuoꝛ ſint modi iuxta eoꝛuꝫ
declarationes vt patebit: tamen de
duobus queruntur pꝛopter magiſtrū
in textu qui ſolum duos ponit mo
dos p̄fatos. Et quidē hoc facere po
tuit. quia ſolum reſpectū habuit ſu
per duplicem rem huius ſacramen

Ab auc[…] ꝓbaꝛ mi[…]bilis ſuꝑ q̄ttuoꝛ m[…] doꝝ.

tercũqꝫ al's perdant̃: quid ergo in ta-
libus est agendũ? Rñ. sanctꝰ Tho.
ex decreto Pij pape. Si ꝑ negligen
tiam aliquid stillauerit de sanguine
in tabula q̃ terre adheret: lingua lã-
bat̃ ꝛ tabula radat̃. Si vo nõ fuerit
tabula terra radat̃: ꝛ rasuꝫ igni ꝯbu
ratur ꝛ cinis intra altare recõdatur.

ꝛ sacerdos q̃nqꝫ dies peniteat. Sꝫ si
super lintheũ altaris ꝛ ad aliud vsqꝫ
ꝑuenerit: q̃ttuor diebus peniteat. et
lintheamia q̃ stilla tetigerit tribꝰ vi-
cibꝰ lauet minister calice subimpo-
sito ꝛ aqua ablutiõis sumat̃ ꝛ iuxta
altare recõdatur: vel in potu a mini
stro sumat̃: nisi ꝓpter abomiationeꝫ
dimittat̃. Predictis autẽ diebus de
bet penitẽs ieiunare ꝛ acõione cessa
re. Sꝫ sanctꝰ Tho. ꝛ ſm alios videt̃
ꝙ his diebus iniũgenda sit ei pena
arbitraria pensatis ꝯditiõibus ꝑso-
ne ꝛ negocij: cũ pena irrogãda non
sit nisi ad cautelã. ideo circũstantijs
pensatis põt minui vel addi ad pe-
nam illã quo ad longitudinẽ tẽpo-
ris. Dicit tñ sanctꝰ Tho. ꝙ tutiꝰ sit
ꝙ pagat̃ quo ad numex̄ diex̄.

¶ Si cõtingit ꝙ sacerdos in-
tendit solũ nouẽ hostias cõsecrate ꝛ
ipo ignorãte sunt ante eũ decẽ. si er-
go ꝓfert verba ꝯsecratõis cũ intenti
one ꝯsecrandi: querit̃ an omẽs decẽ
sint ꝯsecrate: an soluꝫ nouẽ? Cõmẽ-
tator Rñ. ꝙ in tali casu nulla illax̄ ẽ
ꝯsecrata. quia qua ratõe vna: eadem
ꝛ alia ꝛ nõ oẽs: ex quo intẽtio nõ fe-
rebat̃ sup̱ oẽs. igit̃ nulla est cõsecra-
ta. Ideo datur sanũ ꝯsiliũ ꝙ q̃n plu
res hostie sunt ꝯsecrãde ꝙ tũc sacer-
dos nõ limitet intẽtionẽ suã ad cer-
tum numex̄ hostiax̄: ſꝫ ferat in gene
re super omnes hostias coraꝫ eo po
sitas.

¶ An quotidie sit celebran-
duꝫ? Rñdet sanctꝰ Tho. Videt̃ mi-
hi ꝙ nõ possit sup̱ omnibꝰ dari regu
la vniformis. varia enim sunt hoim
merita ꝛ diuersa opex̄ studia atqꝫ di
uersi statꝰ. In religione etiã alij ma

glo: alij minus i custodia vite sue et puritate ↄsciētie circūspecti. Cauē dum tn̄ est ne si minꝰ desideraṫ mortis p̄iculū incurraṫ: dicēte dn̄o Jo. vj. Nisi mādu caueritis carnem filij homis ⁊c. Etiā ne quis terrifica illa mysteria xp̄i indigne p̄cipiat: iudicium sibi māducat ⁊ bibat. iuxta ap̄li sententiā. Qui māducat et bibit indigne ⁊c. Circa sacerdotes tn̄ ista p̄t forma teneri vt nec nimis raro: nec semp̄ cōtinue: nec p̄termisse sanctā hostiā studeāt imolare. quia nimis ↄtinue aliquā notare videṫ irreuerētiam: cum raro aliq̄s tā deuotus sit qui semp̄ eadē deuotōe ferueat ⁊ cū tam debita reuerētia illa faciat q̄ faciēda sunt. Nimis etiā raro celebrare q̄uis ex reuerētia: aliqñ ex hūilitate solet fieri. tn̄ torporē nutrit ⁊ homo nimis circūspectus reddiṫ in oibus quasi non indigere videaṫ etiā sui custodia hūilitas ⁊c. quia sibi homo non est dignꝰ quotidie sibi: nec vna die. Salubre tn̄ est ⁊ vtile valde q̄ homo sepe se p̄paret in studio deuotōis ad illiꝰ medicamēti p̄ceptionem. ⁊ post i deuotōe se ↄseruet: maxime religiosi q̄ se obtulerūt deo ad perpetue fruēdū. Nā beatꝰ Augꝰ. dicit. Si quotienscūq̄ effundiṫ sanguis xp̄i i remissionē peccatoꝝ fundiṫ. ideo q̄ semp̄ pecco. debeo semp̄ illū accipe vt semp̄ mihi p̄ctā dimittanṫ. Itē iste panis quotidianꝰ ē accipere quotidie debes vt quotidie tibi p̄sit. Et postea subdit. Sic viue vt quotidie merearis accipe. Beatꝰ quoq̄ Greg. ait. Si q̄s p̄positū peccādi nō h̄ȝ quotidie debet celebrare ne summā trinitatē maxima laude ⁊ gloria priuat. q̄ maior gloria i teris deo exhiberi nō p̄ōt q̄ȝ in officio misse. quo sacrificiū laudis ipse dei filiꝰ offerṫ deo patri. iuxta illud Ps. iiij. Sacrificium laudis honorificabis me. Etiā ne priuet angelos leticia. viuos grā. defunctos venia. Inter oīa eni opa meritoria missa tenet primatum.

Quidā doctor deuotꝰ.

O vos sacerdotes dei. vos tangūt s̄mōes mei. Magne estꝭ dignitatꝭ. agnū dei vos tractatis. quē Hieremias ore p̄phetauit. Johes digito monstrauit. Maria in ventre portauit. Illi tres anteq̄ȝ nati sunt sanctificati. Q̄ q̄sanctꝰ debet eē. q̄ h̄ȝ agno p̄esse. Non ore p̄phetare. s̄ȝ ore sumē ⁊ māducare. Nō digito mōstrare. s̄ȝ manibꝰ tractare. Nō ventre. s̄ȝ portare in mente.

Impugnatio erroris asserentis sacramentū miraculosum eucharistie duȝ apparet in hostia forma cruoris: carnis: aut imaginis nō esse verum sacramentū. Et p̄mittiṫ p̄logus cū fulminatōe excōicatōis cōtra sic opināntes.

Reuerēdo i xp̄o patri ac dn̄o Vito Fackler: ecclesie canonicoꝝ regularū sub titulo Sancte crucis in Augusta p̄posito: plurimū colende frater Heinricꝰ Institoris: sacre pagine humilis p̄fessor: ac heretice prauitatis inquisitor in via salutis militare: in patria eterne felicitatis

celesti pane refici. Cum sup miracu-
losum in vestra ecclesia reseruatum
sacramentum aures Augusten. po-
puli ambiguum ꝓpulsauit dogma:
et hoc ex incauta cuiusdam predi-
catoris sententia: quem et nomina-
re doctorem seu theologuz ordo ra-
tionis dedignatur: dum in publi-
co sermone asseruit nil esse ex docto-
rum sententijs super hoc ipm sacra-
mentum diffiniendū: sed deo cōmit-
tendum: an sit vel non sub ipa spe-
cie sanguinea que oculis offert om-
nium intuentiū sit veruz christi cor-
pus sacramētaliter contentū. et pro
tali cultu latrie adorandum. Et cuz
ex hac ambigua doctrina nō taz hu-
ic sacramento miraculoso ꝙ et cun-
ctis alijs varijs ecclesie miraculose
cōseruatis speciebus sacramentali-
bus sub quibus semper verum chri-
sti corpus cultu et adoratu dignissi-
mum fidelibus ꝓponitur friuole et
⁊ scandalose detrahitur. ideo ⁊ ipm
dogma cuz suo auctore tanq̄ friuo-
lum ⁊ execrabile refutatur friuoluz
vtiq̄ cum omniū doctorum senten-
tijs de miraculoso sacramēto super
occulta queq̄ eius mysteria reseran-
tes contrariat. execrabile etiam do-
gma censetur cum in diuinorū ope-
rum signorūq̄ iacturam perniciose
machinatur: quid enim execrabili-
us ꝙ ea q̄ ad fidei nostre robur diui-
na dignatio continue operatuz opi-
nari velle tanq̄ ambigua ⁊ dubiosa
⁊ sic in fidei cōtumeliam a veritate
diuina deuiare. Nempe hoc ipsum
quod miraculose sub diuersis figu-
ris ⁊ speciebus apparitiones in ip-
so diuinissimo eucharistie sacramē-
to fieri cernūtur duplici ex causa: iu-
xta sanctorum determinationes ab
ipso fidei auctore christo Jesu fieri
cognoscūtur. in fidei videlicz confir-
mationem: ⁊ deuotionis charitatisq̄
augmentū. Unde Paschasi⁹ iu-
xta sanctuz Tho. in suis sermonib⁹.
Si quis exempla ⁊ vitas sanctoruz
legerit: non ignorat in sacramēto al-
taris aut propter dubitantes: aut ꝓ-
pter ardentius amantes se manife-
stare i forma pueri aut carnis. vt qḋ
lateret i mysterio: patesceret i mira-
culo. Hec ibi. Et cum ad presens in
vnico cernitur miraculo vbi sub spe-
cie hac sanguinea verum christi cor-
pus nobis sacramentaliter exhibe-
tur: tamē a b initio inuentiōis a ple-
risq̄ in forma pueri: seu etiam ima-
ginis crucifixi cum ipsi⁹ vtraq̄ spe-
ciei sanguinee miraculosa augmen-
tatione visuz fuit. ⁊ expost innume-
ris decoratum extitit miraculis: de
quibus narranti tempus deficiet. si
voluerit eorum gesta retexere: patet
ꝙ scandalosa talis ambigua extitit
doctrina eneruare cupiēs ⁊ sub du-
bio vertere cūcta diuia opa. Quot
eñ ceci: quot claudi: imo ⁊ oīm ge-
nerib⁹ infirmitatū grauati. qui ⁊ so-
spitatem integram virtute huius sa-
cramenti adepti sunt. Attestat hoc
vnicū insigne prodigiū: dum in hac
ꝑclara ciuitate mut⁹ a q̄draginta et
ampli⁹ annis: vtpote a primeuo eta-
tis sue curriculo totiq̄ Auguste et
villis adiacentibus cognitus Con-
radus nomine: duz quater vt in ipa
continet hystoria sine fructu spera-
to limia sacri visitasset: quinta vice
visum lingue accepit oīb⁹ eadē hora
incolis diuino spū inspirati i laudē
diuinissimi sacramēti ꝓrumpētib⁹.

Prologus.

Non sic ceteri sancti Affra Udalricus et aliorum quorum reliquie hic reseruantur tam stupendis prodigiis fuerunt decorati. Et non mirum cum illi organa tantummodo spiritussancti extiterunt: hic plenitudo diuinitatis et sanctussanctorum corporaliter reseruatur. Attendat ergo augustum populus apostolum dicentem. Signa infidelibus non fidelibus data sunt. ne baratro non dico infidelitatis: sed dubietatis vitioque ingratitudinis demergatur. Attendat potius celestem medicum contra duriciam cordium medelam super agnitionem veri sui corporis instanter prebere. vt omni ambiguitate postposita videat sacram eucharistiam veram esse christi carnem. Et dum a trecentis quasi annis formam cruente carnis absque omni corruptione quod inter maxima merito computatur prodigia ab hoc sacramento non retraxit huiusmodi predicatoribus seu potius detractoribus aurem creditiuam decetero non prebeat. Ne quoque impostere ne pertingat facultas etiam huiusmodi presumptuosis predicatoribus ad subuertendum fidelium corda omnino amputetur. totisque nostris conatibus huiusmodi periculosis insultibus affectantes obuiare. Auctoritate domini nostri pape qua fungimur in hac parte in virtute sancte obedientie ac sub pena excommunicationis precipimus ac mandamus: et mandando requirimus et monemus vniuersos et singulos tam regulares quam seculares predicatores: cuiuscunque conditionis. gradus. status. ordinis. religionis ac dignitatis existant. et qui sunt infra terminos ab apostolica sede nobis assignatos: videlicet per prouincias et archiepiscopatus Maguntinen. Treueren. Colonien. Saltzburgen. et Bremen. et ad quos hec nostra monitio peruenerit: quatenus in eorum publicis sermonibus nullo modo sub dubio coram populo relinquant An sub tali vel consimili sacramento miraculoso sit verum christi corpus sacramentaliter contentum: cum omnino fidei repugnat. imo et contradictionem implicat vt miraculosum sit sacramentum. et tamen verum christi corpus non sit. ibi sacramentaliter contentum. aut etiam asserere an ibi verum christi corpus sit vel non: soli deo sit committenda: quasi nulla de hoc habeatur in ecclesia noticia. Cum per hoc apostolice sedis determinationi et auctoritati detrahitur: ad quam sicut ad sedem Petri et sui nominis successorem rationes quecunque fidei et questiones referuntur: cui et subesse cum sit de necessitate salutis eius determinationi cuncta que in hoc opusculo et alijs a nobis collectis continentur submittimus. scientes ipsam in his que fidei sunt ex assistentia spiritussancti errare non posse. per hoc tamen viam inquirendi quibuscunque ordinarijs locorum: vbi nouitas quedam super aliquod miraculosum sacramentum consurgeret precludere non intendimus. cuiusmodi tamen nouitas in hoc sacramento miraculoso iam a trecentis annis antiquato locum non habet. Si autem quod deus auertat aliquis sue salutis immemor extiterit: prefatis nostris mandatis non parendo. et aduersus ea que scripsimus faciendo et pertinaciter predicando: sciat se excomunicationis vinculo innodatum que excommunicationis sententiam. Nos frater Heinri

eius inquisitor ꝓfatus contra talem
nobis: imo reuera domino nostro pa
pe: ac ecclesie sancte dei rebellem et
ac inobedientē eius cōtumacia exi-
gente inobediētia requirente ⁊ iusti
cia postulante nunc vt extūc: ⁊ tunc
vt ex nūc: ferim⁹ in his scriptis ab-
solutiones a dictis sententijs si for-
san aliqui incurrerint: nobis seu do-
mino nostro pape tantūmodo reser
uantes. Datū Auguste. xxix. Maij
Anno Incarnat. M. cccc. xcv.

Prohemiū in sequentem tractatum.

Consideranti mihi colende
pater vnde tanta quorūdā
predicatorꝫ imperitia occ
sionem sumeret: vt in tam diuinissi-
mum sacramentum etiam innume-
ris miraculis decoratum inuerecū-
de ⁊ publice ora laxarent: tria mihi
occurrerunt que illos sicut ⁊ quos-
cꝫ studiosos viros a studio sanctarū
scripturarum puto retraxisse. imo ⁊
difficultatem sciendi sicut ingenio-
sis addiscentibus afferunt: ita sepe
peritis et doctoribus graue iugum
⁊ accurationē magnam imponunt.
Quorum primū est diuersitas opi-
nionum. Secundum multitudo li
brorum. Et tertium difficultas inue
niendi materiam. Cuius etiam ra-
tio esse potest ꝙ diuersitas opinio-
num confundit intellectum huma-
num. ⁊ multiplicitas librorum facit
fastidiosum affectum legentium. et
difficultas inueniendi materiaꝫ pre
cipitē sepe reddit ꝓdicationis actū.
Quare et ego minimus inter verbi
dei predicatores ne videar cum ser-
uo pigro talentū inuoluere in pan-
num per obliuiones mentis: vel fo-
dere in terram et abscondere per ne
gligentiam operis: proposui in hoc
opusculo tribus predictis remedi-
um imponere: tanꝙ emplastruꝫ di-
uersis coloribus ex multis medici-
nis confectum. Et primo contra di-
uersitatem opinionum: que tamen
diuersitas in his que fidei sunt lo-
cum nunꝙ sortiri potest. Nec etiaꝫ
in hac materia nunꝙ ab aliquo do-
ctore determinate conclusum est sic
videlicet sub dubio esse semper reli-
quenduꝫ. An sub miraculoso sacra-
mento prout nunc intendimus sit
verum christi corpus contentū: im-
mo cōmuniter in eorum scriptis re-
lictum verum christi corpus sub ta
li sacramento contineri: licꝫ de ipsa
que apparet specie vel imagine di-
uersitas sit opinionum. in quo vi-
delicet tanꝙ in subiecto sit fundata
Et an sit propria species veri corpo
ris christi. Sequar tamen contra di
uersitatem opinionum in hoc opu-
sculo magis communem: et ampli-
us approbate per ecclesiam catho-
licam doctrinam sancti Thome de
Aquino: et doctoris seraphici san-
Bonauenture qui nunꝙ aut raro a
dictis Thome deuiat sententijs nō
declinando. Ut vel sic videar cum
Petro rhete magnis piscib⁹: id est
opus fulcituꝫ probatissimis senten-
tijs implere. Aduersus vero secun-
dum: videlicet contra multitudineꝫ
librorum collegi paruum hoc opu-
sculum: enuclians per cōclusiones
et correlaria quecunꝙ in alijs volu-
minibus sparsim super miraculo-

sum quodcunqꝫ sacramentum continet: medullas saltim in isto reponendo. vt vel sic fastidiosus studentium auferatur affectus. Ac contra tertium videlicet difficultatez inueniendi materias: ordinaui easdem conclusiones super triplex esse: prout in quolibet tali sacramento considerari potest. videlicet sacramentale. naturale ꝛ miraculosum. vt sic facilius materia ad nutum reperiatur quodlibet esse per quattuor questiones descindendo. Ita ꝙ super esse sacramentale pateat hanc speciem sanguineā non esse integrum sacramentum: licet sacramentale quoddam existat. Et secundo ꝙ nec sit ꝑpria species dominici corporis. Tertio ꝙ ipsa eadem species que prius fuit alba post cōsecrationem ꝛ eius inuentionem conuersa est in speciem sanguinee carnis. Et sic quarto pateat ꝙ sola quantitas dimensiua sine subiecto existat hic sub specie sanguinea: licꝫ ceteris omnibus accidentibus subsistat. De alijs questionibus super esse naturale et miraculosum suis in locis pertractando. Que singula in fidei confirmationem venerāde pater ac vestri nominis perpetuationē ꝛ perhennem memoriam: diuina opitulante gratia ordinabo ꝛc.

Finit ꝓhemiū.

¶ Questiones cum suis declaratōibus super triplex esse hui⁹ speciei sanguinee carnis. scilicet sacramentale. naturale ꝛ miraculosum. Et primo quo ad esse sacramentale questiōes quattuor. Quarū prima.

¶ An hec species sanguinea et carnis valeat censeri plenū ꝛ perfectuꝫ ꝛ integrū sacramentū.

¶ Conclusio.

¶ Cum hec species sanguinea non operatur effectum ex āministratione sacramenti eucharistie intentuꝫ. ideo nec censeri debet sub huius sacramenti perfectiōe plenum ꝛ integrum sacramentū.

¶ Correlarium.

¶ Sacramentale quedam hec species sanguinea censetur: eo ꝙ ad effectum ab ecclesia intentum aliquo modo cooperat.

¶ Declaratio cōclusiōis.

¶ Effectus huius sacramenti sunt quadruplices. collatio seu augmentatio gratie. remissio culpe. ꝓseruatio a culpa. ꝛ adeptio glorie. Patēt hec primo ratiōe eius qui in hoc sacramēto essentialr̄ cōtinetur. s. xp̄us q̄ sicut in mundū visibilit̄ veniēs et iā in celo regnās hec quattuor opat̄ Cum gratia ꝛ veritas ꝑ Iesuꝫ xp̄m facta sit Phil. iij. Ita i hoieꝫ sacralr̄

veniens hec operatˀ nisi sit obstacu-
lum. Secūdo ratione sui vsus. Si-
cut enim cibus corpalis vitam cor-
poralē sustentat ⁊ augmentat: repat
⁊ restaurat: ꝯseruat et delectat. ita et
hic cibus sacramētalis. Que singu
la cum nō valeant applicari ad ipaꝫ
speciem sanguineā sicut nec ad spe-
ciem albā panis post cōsecrationeꝫ:
cum solū sint accidētia. Nec etiam
ipa species sanguinea est spēs ꝓpria
corpis christi: vt patebit iam in seqn
ti cōclusione. ideo nec integruꝫ: nec
ꝑfectū debet censeri sacramētū. De
effectu sacramēti huiꝰ vide Tho. in
iij. pte sūme. q. lxxix. p totū.

¶ Declaratio correlarij.

¶ Inter esse sacramentū ⁊ sacramē-
tale hec est differētia ꝙ sacramentū
dicitˀ illa actio ecclesie ex xp̄i institu
tione: que attingit ad effectū princi-
paliter intētū in ām̄inistratōe sacra-
menti. Sꝫ sacramētale dr̄ illa actio
vel spēs: que ꝗuis nō ptingat ad il-
luꝫ effectū: tamē coopatˀ aliquo mo
do ad illā actionē principaleꝫ. sicut
etiam circa baptismū exorcismꝰ est
quoddā sacramētale: licꝫ baptismꝰ
ipe sit plenū sacramentuꝫ. Species
igitˀ hec sanguinea cū non opatˀ effe
ctum huiꝰ sacramēti: vt in cōclusiōe
tactū est. cooperatˀ tamē ad effectu ꝫ
si sub hac specie eēt sumendū. qȯ ta
men fieri nō debet eo ꝙ nō aliter su-
mendū est: nisi ſm ꝙ xp̄us ad sumē
dum instituit. s. sub specie panis. co-
operatˀ tamē ad hunc effectū vt veri
tas corpis christi ibidem existere in
telligatˀ etiā ꝑfectiori mō ꝗ sub spe-
cie alba panis post ꝯsecratiōeꝫ. ideo
etiam esse sacramētale habet ꝑfectio
ri modo ꝗ ipa spēs panis habuisset

si hec miraculosa trāsmutatio in spe
ciem sanguineā facta nō fuissꝫ. Nec
obstat cū dicitˀ tria esse in hoc sacra-
mento. vnū qȯ est sacramentū tm̄. s.
spēs exterior. alteruꝫ qȯ est res et sa-
cramentū. s. verum xp̄i corpus sub
specie cōtentū. ⁊ tertiū qȯ est res tm̄
scꝫ corpus xp̄i mysticum qȯ nihil si
gnat vlteriꝰ: licet sit signatū p corpꝰ
xp̄i verum qȯ est res speciei exterio
ris. s. signata res per spēm. et est cuꝫ
hoc ipm xp̄i corpus sacramentū si-
gnās corpos suū mysticū ex multis
mēbris adunatū: sicut verū corpus
ex multis mēbris cōpaginatuꝫ. In
hac em̄ distinctiōe licꝫ spēs exterior
dicatˀ sacramentū ⁊ non sacramēta-
le: intelligitˀ tamē per sacramentum
ethymologia soluꝫ nominis. i. sacre
rei signū. quā ethymologiā hec san
guinea spēs per excellentiaꝫ retinet
dn̄icū corpꝰ adesse significās.

Secūda questio.

¶ An hec spēs sanguinee carnis sit
ꝓpria spēs dn̄ici corpis in hoc sacra
mēto existētis.

Conclusio.

¶ Virtute sue cōsecratōis facta fuit
cōuersio substantie panis in substā
tiam xp̄i corpis ⁊ non in naturā ali-
cuiꝰ accidentis.

Correlarium.

¶ Hec spēs sanguinea nō est speci-
es ꝓpria dn̄ici corporis: cū solū reti-
neat naturā veri accidētis.

¶ Declaratio ꝯclusiōis quo ad ambas partes.

Et primo ꝙ ꝯuer
sio sacramētalis facta fuit ex substā
tia panis in substantiā xp̄i corporis
ꝓbatˀ primo p hoc ꝙ hec miraculo-
sa cōuersio ex colore albo in sangui

neam specieꝫ carnis necessario pre supponit sacramētalē factam fuisse conuersionē q̄ transsubstātiatio appellatur videlꝫ transitus vnius substātie .s. panis in substantiā xp̄i corporis. eo ꝙ miraculosa apparitio seu conuorsio vnius speciei in aliaꝫ. vt qn̄ species pueri aut carnis seu etiam sanguinis in hoc sacramēto apparet duplici ex causa fit vt in prohemio tactū fuit videlꝫ in fidei confirmationē ꝛ deuotionis incitamētum. Qd̄ aūt fide tenendū sit hm̄oi trāssubstātiationē factā fuisse. ptꝫ p hoc qd̄ oppositū asserere videlꝫ substantiā panis post consecratōeꝫ manere in hoc sacramēto condēnatur a doctoribus tanq̄ hereticū. Vn̄ Tho. in tercia pte. q. lxxv. ad scd̄m quesitū. An in hoc sacramēto post consecrationē maneat substātia panis ꝛ vini in pede. q. dicit. Quidaꝫ posuerūt post ꝯsecrationē remanere in hoc sacramēto substantiaꝫ panis ꝛ vini qd̄ stare non pōt multis respectibus. Primo qꝛ tolleret̄ p h̄ veritas huius sacramēti ad quā veritateꝫ pertinet vt in eo verū corp⁹ xp̄i existat' qd̄ quia ibi existere pōt nisi de duob⁹ modis p vnuꝫ videlꝫ vel per loci mutationē descendendo de celo ꝛ ibi latere vel per alterius in ip̄m christum conuersionē sicut quādo in domo aliqua ignis d̄ nouo incipit esse e duobus modis etiam fit quia vel ab alio loco in domū defertur vl' quia ibi per conuersionē ꝛ accensionē lignorū ibi d̄ nouo generatur. xp̄um autem ibi esse in altari p̄mo modo .s. per motum localem non pōt esse multis ex causis. Primo qꝛ sequeretur qd̄ desineret esse in celo. eo ꝙ om̄e corpus localiter motū nō potest puenire a d̄ nouo ad aliquē locuꝫ nisi desereret priorem locum. Scd̄o ideo nō potest hec positio esse vera ꝙ .s. substātia panis remaneat qꝛ cōtrariat̄ forme verboꝝ sacramētaliū in qua dicitur hoc est corpus meū qd̄ nō esset verū si substantia panis remaneret. Sꝫ oporteret dicere hic est corpus meuꝫ. Cum nunq̄ substantia panis vt panis ē corp⁹ xp̄i. Tercio ideo non potest stare positio qꝛ cōtrariatur veritati huius sacramenti si em̄ substātia panis ibi existeret post consecrationē cū substātia xp̄i corporis tūc qꝛ fideles īdistincte adorant habendo .s. solū respectū ad h̄ qd̄ specie latet tunc etiam substantia panis que inuisibilis existit adoraretur adoratione latrie ꝛ sic ydolatria committeretur. Quarto qꝛ cōtrariatur ritui ecclesie s̄m quē ritum non licet sumere post cōmestionem panis corpus christi. cum tamen post vnam hostiam cōsecratā licitum est sumere aliam vnde concludit qd̄ hec positio que et berengarij erat vitanda est tanq̄ heretica

Ex q̄ probatione patet scd̄m videlicet ꝙ ꝯuersio non est facta in hāc speciem sanguineā carnis ex eo ꝙ cū hec species sit accidens et in nullum accidens transmutatur substātia christi corporis. Nec subijci aut affici potest extraneis accidētib⁹ vt patuit. ꝛ iam in correlario ampli⁹ patebit ideo cōclusio vera.

Correlarium conclusionis

Qd̄ hec species sanguiee carnis non sit species dominici corpis in sacramēto existentis patet ex p̄mis

sa declaratione quia cum effect⁹ hu
ius sacramenti inter alios est vt p
fidem ⁊ charitatē fideles deo vniā
tur ⁊ fides est non solū de his que
sunt supra intellectū. verumetiam
de his que sunt supra sensum quē-
cunqȝ interiorē vel exteriorē vt dif
finitio fidei edocet cum dicit. fides
est substantia ⁊c. Ideo in hoc sacrā
mento ex vtraqȝ parte debet esse ali
quid qd sit supra intellectū videlicet
corpus xpi sub tam puis dimensio
nibus ⁊ aliqd qd sit supra sensū vi
delicet q accidētibus que apparēt
visui vt est spēs alba vel rubea cum
aliis accidētibus que manifeste vi-
dentur nō subsit substantia aliq vl
terius. quia illa substantia vel esset
substantia dñici corporis vel substā
tia panis. Primū nō pōt esse quia
cum dñicum corpus sit gloriosum
non potest alterari vel subiici qua-
litatib⁹ ⁊ accidentibus pcipue terre
nis. Nec etiā pōt esse subiectū sub-
stantia panis quia illa iam trāsiuit.
nec amplius post conuersionē sac-
mentalē in corpus xpi existit. Re-
linquit ergo q hec sanguinea spēs
sicut nō existit aut fundatur in do-
minico corpore ita nec ipsius speci-
es censeri potest. Itē quia nec sub
stantia panis albi vti erat hostia añ
consecrationem apta nata est sustē
tare colorem rubeū. sed potius al-
bum. Ideo concludere oportet qd
hic rubeus color sit accidēs quod-
dam sine omi subiecto diuina vtu-
te sic causatum vt ipm dñicum cor
pus sub illo existens maneat vela-
tum in hunc finem vt tactum est q
fides pter meritū hominis ex to
to perficiatur. videlicet non solum
per aliquid qd est supra intellectū
verumetiam per ea que sunt supra
sensum. vnde Tho. in sermonibus
de corpore christi. Accidentia ibi si
ne subiecto existunt vt fides locū
habeat dum visibile inuisibiliter su
mitur aliena specie occultatum et
sensus a deceptione immunes red
dantur qui iudicāt de accidentib⁹
sibi notis. Et Hug. de sacramētis.
diuina sapientia carnem christi sub
principalis eduli speciei velauit. et
sic sumendam posuit vt sensus in
vno foueretur ⁊ fides i alio edifica-
retur. Qd si obiicitur fides licet sit
supra intellectum ⁊ rationem non
tamē debet esse contra rōnem ⁊ si-
mili modo lȝ sit supra sensum non
tamen debet esse cōtra sensum. Cū
autē sensus iudicat sub hac specie
sanguineam esse corpus christi san
guineum immediate tanqȝ suo sub
iecto inherens etiam fides habȝ sic
iudicare cum non debeat esse cōtra
sensum. Respondetur q fides non
est contra sensū sed est de eo ad qd
sensus pertingere non potest. vnde
⁊ q hec spēs sanguinea non sit spe
cies dñici corporis ⁊ supra sensū
est ⁊ supra rōnem.

¶Tercia questio

¶An species alba panis fuit a pn-
cipio conuersa virtute consecratio-
nis in hanc sanguineam speciē car-
nis.

¶Conclusio

¶Virtute sacramētalium verbo
remansit sine subiecto ad tempus
species alba panis que tamen sola
expost diuina virtute conuersa fu-

sit in hanc speciem sanguinee carnis.

Correlarium

Prima species alba panis non cessit nec fuit anihilata. sed ipsa eadem numero existens fuit in rubeam speciem trasmutata.

Declaratio cōclusionis q̃

ad tres partes. quaruʒ prima est ꝙ species alba panis post cōsecrationem mansit sicut ⁊ alia accidentia. Secundo ꝙ mansit sine subiecto. Tercio ꝙ ipsa sola inter omnia accidentia est transmutata in specieʒ sanguineam carnis. Prima ps deducitur per magistruʒ in littera q̄rti sentētiarum. dis. xj. ⁊ per doctores discutientes sub dubio. An species panis debeat remanere poti⁹ q̄ȝ species carnis aut sanguis post consecrationem ⁊ causaʒ difficultatis sumunt ex eo ꝙ cum in sacramēto veritatis non debet esse aliq̃ deceptio ⁊ deceptio fit quādo accidens non ducit in cognitionem sui subiecti. Sed vnius rei extranei prout comparatur corpus christi ad specieʒ albaʒ panis qđ tamē non fieret si sꝑ ⁊ non ad tempus post consecrationem appareret species carnis aut sanguinis. Item sumunt difficultatem ex eo ꝙ illud qđ aliquando fit ad confirmationem fidei si semꝑ fieret ⁊ non ad tempus vel aliquando. vt in hoc sacramento miraculoso maior sequeretur confirmatio fidei contra dubitantes. vnde etiam semper species carnis aut sanguis deberet apparere vt sic semꝑ fides confirmaretur ⁊ nunq̄ȝ species alba panis remanere. Sed tamen ad h̃ doctores respondent ꝙ omnino decet species sensibiles panis et vini remanere post consecratōnem que ante fuerunt nisi ꝙ interdum miraculose. Alia species ostenditur certis de causis vt inferius deducetur ⁊ ꝙ deceat remanere est causa triplex quarum duas assignat magister in lr̃a videlicet ex vsu sacramēti q̄ȝtum ad duplicem eius manducationem scʒ spiritualem ⁊ sacramētalem. ⁊ spiritualis est ꝑ fidem. vnđ etiam fides in sumente est maioris meriti vbi species alba panis remanet ⁊ non sanguinee carnis ⁊ sacramētalis proficit ne fideli horror ex propria specie corporis generetur. ⁊ in fidelib⁹ irrisionis occasio amministraret̃. Est ⁊ tercia ratio a doctoribus assignata ex pte ipsius sacramenti. imo ⁊ cuiuslibet alterius quibus proprium est vt spūalia in sacramentis ꝑ signa corporalia ostēdamus sicut in baptismo ablutio īterior per exterioreʒ. Et quia corp⁹ christi verum non est cibus corporalis sed spiritualis Ideo oportuit vt per similitudines sensibiles cibi corporalis significetur ⁊ sub eis cōtinuatur que singula potius per albam speciem panis q̄ȝ rubeam sanguinee carnis exprimuntur. Ad argumenta etiam in oppositum adducta ex quib⁹ causam difficultat̃ quis accipere posset. Respōdit thomas in suo quarto sententiaruʒ distinctione vndecima ⁊ in difficultate An species pāis debeat remanē

dicens ad primuȝ quod in hoc sac-
mento nulla est deceptio aut fictio
neqꝫ ex parte sensus nec ex parte in
tellectus nō primū qꝛ sensus sicut
habet iudicare de sensibilibꝰ spēbꝰ.
vt visus de colore ⁊ gustus de sapo
re ⁊c̄. Et hmōi spēs ꝟe obijciūť sen-
sibꝰ nostris sicut ⁊ ꝟe ibi sūt idō nul-
la deceptō seqˀť aut fictio. Nō scdm
qꝛ cū intellectꝰ habet ꝓ obiecto sub
stātiā rei ⁊ hic obijciť substātia cor
poris xpi. ideo manet suū iudiciuȝ
ꝙ si dicať tn̄ non hȝ iudiciū de sub-
stātia panis. Sed de aliena substā-
tia ad quā non manuducit species
panis. Diciť ꝙ intellectꝰ habet du-
plex iudiciū ꝭm duplex lumē natu
rale ꝑ lumē naturale intellectꝰ. sup
naturale ꝑ lumē fidei de quo iudi-
cio iam agitur cui etiam subesse ali
qua falsitas non pōt. quia innititť
ꝓme veritati. Ad scdm dicit idē do
ctor ꝙ nō solū attēdendū est quid
ad edificationē fidei ex ostensione
talis speciei miraculose potest de-
seruire. Sed etiā qd ad destructōeȝ
fidei possit ex aliqua ꝑte videlȝ ma
sticatione xpi corporis contingere.
vnde lȝ ex ostensione talis spēi car
nis aut sanguinis vt in hoc sacram̄
sit fides edificatur. tn̄ si vbiqꝫ ⁊ sem
per ita fieret ⁊ nunqꝫ spēs alba pa-
nis remaneret fides ex masticatiōe
talis speciei miraclose periclitareť
estimādo ꝙ corpus xpi gloriosum
sicut masticationi ita passioni esset
subiectum. Et si dicatur ꝙ sine pe-
riculo fidei a fideli sumeretur. Cuȝ
talis crederet si xpi corpus sine sui
detrimento manducare sub specie
carnis aut sanguinis sumeret non
valet quia in simplicibꝰ absqꝫ hor-
rore lȝ absqꝫ periculo fidei nō semꝑ
sumeretur. Iteȝ in maioribus fidei
etiā absqꝫ horrore ex deuotione ꝓ-
ueniente nunqꝫ sumereť. ⁊ dicitur
horror ex deuotōe ꝓcedere quādo
mens deuota non solō refugit im
munda tangere ex abominatione.
imo etiaȝ refugit sancta tangere ex
deuotōne non minus tamen expe
dit miraculosas interduȝ fieri ostē-
siones vti in hoc sacramēto de qui-
bus in sequentibus patebit. Secū-
da pars cōclusionis qō videlicet ꝗ
species panis siue cōsueta siue mi-
raculosa vt hic in sacramento mira
culoso cerniť semꝑ existit sine sub-
iecto partim sub breuitate in secun
da conclusione declaratū est. laciꝰ
vero si quis videre velit q̄rat in q̄r-
to scrip. sentētia x. dist. xij. sub diffi-
cultate. An accidētia sint in hoc sa-
cramēto sine subiecto vbi in pede q̄
stionis triplex error elidiť illorū vi
delicet q̄ dixerūt accidētia in hoc sa
cramēto non existere sine subiecto.
eo ꝙ existerent in substātia panis q̄
simul remaneret sub sacr̄o cuȝ cor-
pore xpi q̄ opinio improbať a tho.
ibidē in xj. distin. nō solū vt in com
petens. verūetiā vt ipossibilis ⁊ he-
retica vt supra patuit improbať ⁊ se
cunda opinio eoruȝ videlȝ qui dice
bāt remanere ibi formā substantia-
lem ⁊ in ea accidētia manere q̄ ibi
apparent siue esset spēs alba panis
siue rubea carnis aut sanguis vbi
ꝭm eos differrent hec forma videli
cet substantialis a substātia panis
de qua prima opinio quia substan-
tia panis materiā ⁊ formam panis
includit forma auteȝ substantialis
non esset limitata ad hanc materiā

vel illam ꝫ non esset forma substan
tialis materie nō limitate. ⁊ q̄ꝛ talis
forma caret dimēsionibꝰ cū mate-
ria limitatur ꝑ dimēsiones. ⁊ dimē
siones hic apparent pura magne ⁊
que pʒ ꝙ talis forma substantialis
simplex hic esse nō pōt. i. sine mate
ria dimensionata sic em̄ forme im-
materiales dimēsionibus carēt vt
sunt angeli nec tales possunt eē sb
iectuʒ accidentiū sensibiliū vt etiaʒ
tangit Boetiꝰ in li. de trinitate for-
ma simplex subiectū esse nō potest.
vn̄ ita facile possunt nobiscū asserē
accidētia manere sine sbiecto sicut
nos cum ipis sentire materialē for
mā substantialeʒ a materia separi.
imo nullus ꝫ sentire potest vbi ma
teriales dimēsiones apparēt q̄ tūc
sunt accidētia vbi apparent que si-
cut existunt sine materia. Ita sine
forma substantie ⁊ sustātatur soluʒ
virtute diuina vt catholica fides te-
net. Scd̄m ꝙ etiā dicimꝰ hanc ru-
beam formā seu sanguineā existere
sine substantiali forma panis ⁊ eti-
am sine substantiali forma materie
Per hoc improbatur ⁊ tercia opi-
nio ponētes accidentia illa que ap
parent esse in aere circūstante sicut
in subiecto ꝙ etiam friuoluʒ est cū
aer non sit susceptiuus talium acci
dentium vt est duricies ⁊ figura de
terminata ⁊ aliorum que ibi appa
rent. vnde concluditur ꝙ soluʒ vir
tute diuina accidentia manent sine
subiecto videlicet substantiali licet
non accidētali eo ꝙ non om̄ia sine
subiecto existunt. sed quedam acci
dentia fundantur super alia accidē
tia tanq̄ʒ in subiecto vt inferiꝰ pate-
bit. Et quidē ꝙ sic hec spēs sangui

nea sit sine subiecto substantiali pʒ
quia cum ibi non sit alia substātia
q̄ʒ corpis christi substantia. Et in il-
la non possunt eē accidētia que ap
parent cum sit substantia gloriosa
quā ipsa accidētia denom inare nō
possunt. Jdō non sunt in subiecto
aliquo. Item substantia panis que
prius erat mutata est in alium sta-
tum per hoc ꝙ mutata est in corpꝰ
christi. ergo ⁊ accidentibus cōgruit
in alium statum mutari. vt scʒ sint
sine subiecto. Iteʒ hoc sacramentū
dicitur mysteriuʒ fidei sed fides nō
solum est supra intellectū ꝫ ⁊ supra
sensum ergo in hoc sacramento nō
solum debet aliquid esse supra itel-
lectum sicut ꝙ corpus xp̄i sub tam
paruis dimēsionibus huiꝰ sangui-
nee speciei aut alterius cōtineatur.
Sed etiam supra sensuʒ. s. ꝙ accidē
tibus que sensui subiacent substan
tia ꝓpria n ō subsit ⁊ adduci possent
q̄ʒ plures rōnes quas tamē diligēs
lector in prefato scripto Thome in
ueniet que etiam breuitatis causa
obmittuntur. Tercia insuper pars
videlicet ꝙ ipsa sola species alba in
ter omnia accidētia est transmuta-
ta in speciem hāc sanguinee carnis
probatur ex dictis Thome in ꝑfa-
to scripto dist. x. ⁊ q̄ōne qua querit
An videatur in propria specie cor-
pus xp̄i quādo apparet i specie car
nis vel pueri vbi in pede questionis
postq̄ʒ doctor declinat a duobꝰ mo
dis dicendi per quos aliqui niteba̅
tur ostendere moduʒ apparitionis
veri corporis christi sub tali specie
miraculosa. de quibus inferius pa
tebit circa terciam partem ponit se
curiorem modum dicendi per hec

verba sectirsus videtur dicendum
qđ sicut quando videbatur corpus
christi in specie panis erant quidez
dimensiones subsistentes ⁊ in illis
alia accidentia fundebantur. ita ee-
dem dimensiones manēt ⁊ eis alia
accidentia sensibilia superducunt
diuina virtute que speciez carnis ꝑ
tendunt sicut ⁊ accidentia que priꝰ
erant pretendebāt spēm panis hec
ibi. Et quantū ad nostram deseruit
speculationez vult dicere doctor ꝙ
sicut quādo videtur corpus christi
oculo mentali in specie panis erāt
dimensiones .s. longitudo latitudo
albedinis subsistentes per se diuia
vtiqȝ virtute ⁊ in illis dimēsionibꝰ
albedinis alia accidētia fundata vt
sunt sapor odor forma densum ⁊ ra
rum seu etiam pondus de quibus
etiam in sequēti questione patebit.
videlz ꝙ omnia accidentia fundan
tur sup dimensiones tanqȝ in subie
cto solūmodo aūt dimensiōes ma-
nent sine subiecto . mō vult doctor
vlterius qđ sicut in specie alba pa-
nis fundātur alia accidentia in sa-
cramento consueto ⁊ non miracu-
loso. ita in sacramento miraculoso
eisdem dimensionibus manentibꝰ
alia accidētia sensibilia superducū
tur diuina virtute que speciem car-
nis pretendūt. Ubi nota ꝙ ideo di
cimus in plurali alia accidentia ꝓ
pter plures ⁊ diuersas formas mi-
raculosas interdum apparētes. vt
interdūz sub forma carnis interdū
sanguinis interdū forma pueri aut
crucifixi ⁊ sic de alijs. que superdu
cuntur diuina virtute. non ita ꝙ ta
lis forma sanguinea vt ī hoc sacra-
mento superducatur id ē sup̄ficia-
liter insit vel adhereat speciei albe
panis. Sed ꝙ ipsa spēs alba panis
sub primis dimensionibus sit con
uersa in speciem rubeaz carnis aut
sanguinis. ⁊ hoc quidē tenendū est
in hoc sacramēto miraculoso eo ꝙ
hec species sanguinea ab om̄ibus
semper equaliter videtur. Si vero
non equaliter ab omnibus sic vide
retur sed aliqui consuetam speciez
albam panis viderent. aliqui vo ru
beam tunc locum haberent illi ter-
mini superducatur id est sup̄ficiali
ter ducitur species rubea super spe
ciem albaz vt diuina virtute vni sic
alteri sub alia forma demonstraret
Et ꝙ hic sit sensus doctoris patz ꝑ
sequentia verba cum dicit. ⁊ potest
esse ꝙ postea eadez virtutē scz diui-
na illis accidētibus recedētibus .s.
formis miraculosis amotis . Ite-
rū accidentia panis species videlz
alba cū sua densitate pondere ⁊ ra-
ritate reducantur. qđ probat per h
ꝙ etiam naturali actione seu aliqđ
accidens. vt odor vini vel sapor pa-
nis immutatur in saporez acetosuz
vbi diu cōseruaretur manētibꝰ sem
per eisdem dimēsionibus quasi di
cat si naturali actiōe accidētia sub
dimensionibus eisdem sibi inuicez
succedunt non mirum si diuina vir
tute diuerse forme accidētales eis-
dem manētibus dimensionibus q̄
a principio fuerunt sibi inuicez suc
cedunt vt videlicet iam sub forma
carnis. iam sanguinis aut pueri vel
etiam vni sub vna alteri sub altera
forma appareat. Et quidam ꝙ hec
sola species alba panis ⁊ nullū alio
rum accidentium recipit miraculo
sam immutatiōez ad sensum demō

stratūr cum eadem forma densita tis et raritatis. imo et ponderis cuz non amplius ponderat hec species sanguinee carnis quā spēs alba pa nis manet sub eisdez mensionibus que fuerunt ante hāc miraculosam immutationē et in dubie idez sapor et odor panis sentiretur si et in quā tum sumi deberet qd tn̄ vt ex in pre missis patuit fieri non debet. Si ve ro queritur quantuz tēporibus cor pus christi māsit sub specie alba pa nis ante hanc miraculosam immu tationem dici potest vt ex hystoria inuentionis huius sacramenti patz a principio semper mansit species alba panis post consecrationē vsqz quo diuina clemētia hocipm sacri legium maximuz a muliere per pe tratum ad fidei corroborationē et fi deliū deuotionez mūdo voluit ma nifestare tunc em̄ a pmo species al ba in hanc sanguineam subito fuit transmutata quādo scz post q̄nq̄n niū prepositus monasterij ipsuz sa cramentum a cera se gregare volu it vide hystoriam inuentionis hui° diuinissimi sacramenti.

¶ Correlarium.

¶ Quo ad duas eius partes decla ratur. Nam primo q̄ species alba panis non sit annihilata. sed poti° in rubeam mutata speciem. patz ex varijs. Primo quia illa transmuta tio dicitur annihilatio cuius termi nus ad quem est nihil. patet q: om nis motus denominatur a termio ad quē est sicut motus qui est ad al bedinem dicitur de albatio. Unde cum terminus huius transmutatō nis sit species rubea ex specie alba. non dicitur ipsa species alba anni hilata. Augusti. etiā in libro. lxxxiij questionū dicit ille ad quē non esse non pertinet. non est causa tenden di ad non esse. sed deus est hui°. er go ipse nihil in nihilū reducit. et cū predicta immutatio de specie alba in rubeam diuina virtute fiat ideo non reducitur alba species in nihi lum.

¶ Secunda ps correlarij pa tet ex his que in eius conclu sione tacta sunt.

¶ Quarta questio

¶ An quātitas dimensiua videlicet longitudo et latitudo huius sangui nee speciei carnis sit primuz subie ctum oim accidentium videlicz co loris saporis et odoris ponderis et raritatis et densitatis.

¶ Conclusio

¶ Sicut in quolibet altaris sacra mento ita et in hoc miraculoso via tico remanet sola quātitas dimensi ua huius sanguinee speciei carnis absqz naturalibus subiecti conditio nibus.

¶ Correlarium

¶ Sicut quantitati dimensiue da tur diuinitus vt per se valeat subsi stere. ita eidez in hoc miraculoso sa cramento conceditur vt aliorū ac cidentium valeat subiectum esse

¶ Probatio cōclusionis q̄ videlz sola quātitas dimēsiua inter omia accidētia māet absqz subiecto stat in duob° documētis. quor pmū

est ꝙ sicut dicitur ꝑma ꝓpositione
libro de causis. ¶ Causa prima est ve
hemētioris impressionis supra cau
satum cause scđe ꝗ̄ sit ipsa causa se
cunda. vñ qñ scđa remouet influen
tiam suam a causato adhuc pōt re-
manere influētia cause ꝑme in cau
satum illud. sicut remoto rōnali re
manet viuū quo remoto remanet
esse. cum ergo causa prima acciden
tium ⁊ oim accidentiū sit deꝰ ⁊ cau
sa. scđa eorundē accidentiū sit sub-
stantia quia accidētia ex principijs
substantie causantur poterit deus
accidentia inesse conseruare. remo
ta causa scđa. s. substātia. ¶ Preterea
per precedentia patuit ꝙ sub specie
panis post consecrationeꝫ non ma
net substātia panis neqꝫ forma sub
stantialis ⁊ materialis in quibꝰ ipa
accidentia panis fundantur añ cō-
secrationeꝫ precipue sup substantiā
panis ⁊ cum post consecrationē nō
manet sub specie illa panis nisi sub
stātia xpi corporis ⁊ illa non potest
esse subiectum alicuius accidentis
quia corpus gloriosum non afficit
accidētibꝰ materialibꝰ. imo si pos-
set esse subiectum eēt subiectuꝫ me
diante quātitate. vñ ⁊ predicamen-
tuꝫ quātitatis immediate sequitur
predicamentū substantie ⁊ ipa sub
stantia omnibus accidentibus sub
stat mediante quantitate rōne cuiꝰ
ꝓpinquitatis quideꝫ posuerunt di-
mensiones quantitatiuas esse sub-
stantias corporeas. vt dr̄. j. metha.
patet cum hic cernitur quātitas di-
mēsiua in hac sanguinea specie car
nis ꝙ ipa sine subiecto virtute diui
na existit.

¶ Probatio deniqꝫ correla-
riȷ̄ ꝙ videlꝫ alia omnia accidentia
fundātur super hāc quā cernimus
quantitatem dimensiuā huius san
guinee speciei carnis. patet nā cum
hoc sacramentuꝫ sit veritatis ⁊ nō
doceat aliquā deceptionē ⁊ fictiōeꝫ
humanis obtutibus inferre quibꝰ
etiam ad sensum obijcitur aliquid
quātum esse hic rubeo colore ꝑfu-
sum sicut in alio consueto sacramē
to colore albo panis. patet ꝙ ꝑmū
accidens qđ soluꝫ virtute diuina su
stētatur sit ipsa quātitas sub forma
que ⁊ dimensiua in sua qua cernit
latitudine ⁊ longitudine. Scđm ve
ro accidens habens hanc dimensi
onem ꝓ fundamento fuit a princi-
pio consecrationis color albus cō
sueti pāis. iam autē rubeus seu san
guineꝰ scđm ꝓprietateꝫ carnis. ¶ Et
si ratio queritur cur color ante alia
accidentia ipius dimensionibꝰ q̄n-
titatiuis inhereat est causa ꝙ ꝑmū
subiectum coloris est sup̱ficies. et
superficies ꝑ suam quantitateꝫ di-
mensiuam cognoscitur rōne cuius
vt supra tactuꝫ est. quidā phi posu-
erunt dimēsiones esse corporaliuꝫ
rerum sustantias ex ꝑmo metha.
De alijs vero accidētibus quo ordi
ne insunt subiectiue in ipa dimen-
siua quātitate dici pōt ꝙ sic ad sen-
sum visus color retinet prioritatem
in sua sup̱ficie mō quo tactū est ita
ad sensuꝫ tactus prioritateꝫ retinet
ipm pondus sub sua raritate ⁊ den
sitate q̄ ad sensuꝫ apparēt. ¶ Ubi no
tandū ꝙ cū ex q̄rto phisico. rarū di
citur in corporalibus qđ hꝫ parū de
materia sub magnis dimensionibꝰ

ꝛ densum ꝙ habet multum de ma-
teria sub ꝑuis dimensionibꝰ ꝛ in h̃
sacramento miracłoso sicut in alio
consueto om̄is materia secluditur
eo ꝙ substantia panis que includit
materiā ꝛ formam panis est cõuer
sa ꝛ cõuertitur in quolibet altari sa
cram̄to. vt de se patet iō raritas hec
ꝛ densitas si qua deprehendit̃ visu
ꝛ tactu non deprehenduntur tanꝗ̃
multum vel parū d̾ materia panis
habentia sub dimẽsionibus ꝫ sicut
alie qualitates conseruant̃ virtute
diuia absq̃ substantia materiali. ita
rarum ꝛ densum de prioritate vero
quo ad sensum gustus ꝛ olfactꝰ si ꝛ
in quantū sub specie miraculosa h̃
sacramentum esset sumenduꝫ ꝙ ec
clesia refugit. ſm Tho. vt infra pa-
tebit scđa ꝑte opuscł'i vbi de esse na-
turali huiꝰ sacramẽti tractat̃ obijci
tur sapor ꝛ odor. An autem carnis
vel panis saporem gustui offerret.
Dicit̃ ꝙ pie creditur eiꝰ saporẽ gu-
stantem sentire cuiꝰ coloreꝫ prefert
scilꝫ carnis nisi ꝓpter temeritatem
quā cõmittẽt talis miraculosus gu-
stus sibi denegaretur. ꝛ hec sufficiãt
quo ad primū esse. s. sacram̄tale hu
ius miraculosi sacramenti. ¶ Sꝫ q̃
ad scđam ꝑtem opusculi in qua de
naturali eẽ huiꝰ sacr̄i agendum est.
Notandum ꝙ hec ꝑs non respicit
naturale esse ipsiꝰ corporis christi
ꝙ oino suꝑnaturaliter ac sacramen
taliter existit cū tota quãtitas ipsiꝰ
corporis. non quantitatiue ꝛ exten-
siue ꝫ intensiue ꝛ substantialiter cõ
tinetur. ſm ꝙ tota quãtitas sequit̃
moduꝫ substantie nõ substantia na
turalẽ q̄ntitatem ꝛ alia accidẽtia ꝓ
ut in celo existit. Sꝫ respicit natu-
rale esse ipsorum accidentiū que in
hoc ꝛ in alio sacramẽto cõsueto cer
nūtur. de qua materia discutere ea
necessitas qua ꝛ oppositoꝝ eandeꝫ
disciplinā esse constat. vt potẽtie vi
siue suꝑ album ꝛ nigrum cū ꝛ alie
quidditates tam suꝑ esse sacramen
tale ꝙ̃ miraculosuꝫ melius innote-
scunt. ꝛ primo quidem in generali
demū in speciali de esse naturali ip
sorum accidentiuꝫ est discutiendū.

¶ Suꝑ scđam ꝑteꝫ opusculi.

Questio prima super secū
dam parteꝫ opusculi quo ad esse na
turale huiꝰ cruentate speciei carnis
An hec species cruẽtata possit na-
turaliter aliquod extrinsecum quo
ad visum vel tactuꝫ gustum seu ol-
factum ꝛ realiter imutare.

Conclusio.

¶ Diuina virtute datur huic speci-
ei cruẽtate vt remaneat in suo natu
rali esse qđ habuit alba spẽs substã
tia panis existente.

Correlarium

¶ Omnẽ actionẽ quā poterãt erga
sensus exteriores. accidentia panis
añ ꝯsecrationeꝫ ꝓcurare põt ꝛ hec
species cruentata agere. substantia
panis in corpꝰ xp̄i transeunte.

¶ Probatio cõclusionis ꝙ
videlicet spẽs cruẽtata retinuit ptꝰ
ꝯsecrationẽ suū esse naturale qđ ha
buit ante cõsecrationẽ color albus
sub panis spẽ. pꝫ ex ꝓmissis nõ ita
intelligẽdo ꝙ spẽs cruentata fuerit
añ ꝯsecratiõeꝫ. ꝫ ꝙ illud eẽ natura-
le qđ habuit color albus ad causan
dum aliquā immutationẽ exterio-
rem habeat species cruentata post

consecrationez q etiã tali rõne pro
batur. Nam si non posset hec spẽs
cruẽtata sicut etiã quecũqȝ alia spe
cies alba panis post cõsecrationez
immutare exteriora corpa. tũc non
posset sentiri. sentiẽ eñ aliquid p h
q immutaẽ sensus a sensibili. vt dr
scdo d aĩa. g cũ hmõi accidẽtia sen
tiunẽ tã p visum q̃ȝ p tactuȝ ⁊c̃. vt in
p̃cedẽtibus patuit. manifestuȝ ẽ q
immutant exteriora corpa. Prete
rea om̃e qd eẽ hȝ. hȝ aliq̃ mõ agere
ꝺm illud esse cũ nulla res destituiẽ
ppria actõne. ȝ hmõi accidẽtia que
supra tacta sunt hñt esse. g possunt
agẽ. Pro ampliori tñ ĩtellectu ẽ ad
uertendũ q, si quis quereret an eti
am quãtitatiue dimẽsiones q̃ oino
manẽt sine subiecto. vt in p̃cedenti
bus patuit sola diuina virture sub
stentate etiã agãt sicut alia accidẽ
tia q̃ in ipsas mẽsiones fundãẽ. Re
spondenduȝ est q non p̃mo ȝ secũ
dario. ⁊ hoc hmõi rõne q2 agere nõ
est nisi rei p se subsistentis. vñ etiaȝ
neqȝ materia agit neqȝ forma. ȝ cõ
positũ. qd etiã nõ agit rõe materie
ȝ rõne forme que est actus ⁊ actio
nis p̃ncipiũ. Et q2 q̃ntitas se tenet
ex pte materie. q̃litas vo ex pte for
me. ideo quantitas dimẽsiua non
agit nisi mediante q̃litate q̃ est p se
actõis p̃ncipiũ. vñ q̃litates sunt sen
sibiles. primo sicut et hic color san
guine⁹. q̃ntitas aũt ei⁹ dimẽsiua se
cũdario. Et q2 qualitates in hoc sa
cramẽto miraculoso sicut in quoli
bet alio consueto retinẽt eundẽ mo
dũ essendi quẽ habebat substantia
panis existẽte. ideo etiã hñt eũdem
modum agendi. vt mutent ⁊ agent
naturaliter sicut prius. sec⁹ de quã
titate eo q illa cum hȝ aliuȝ modũ
essendi q2 non est in subiecto nõ ha
bet etiaȝ agere nisi mediãte q̃litate.

Probatio etiaȝ correlarij

q videlȝ accidẽtia possunt in oẽm
actionẽ naturaleȝ post consecratio
nem sicut ante consecratõneȝ circa
exteriores sensus patȝ p modũ quo
tactũ est in cõclusione. q2 nõ equalẽ
ter ȝ p̃mo q̃litas demũ q̃ntitas di
mensiua vnde si qs obijceret incõ
trariũ q̃si accidẽtia sine subiecto ni
hil valeant agere eo q cẽsente actio
ne primi agentis necesse est q esset
actio instrumenti sicut quiescenti
fabro non mouetur martellus ⁊ cũ
omnes forme accidentales agãt in
strumẽtaliter in virtute videlȝ sub
stantie cui hñt inherere que quideȝ
substãtia panis nõ est hic ȝ cõuersa
vt supra patuit. iõ nõ pñt hre actio
nẽ naturalẽ. sed solũ p naturalẽ si q̃
cis opatio assignaẽ. Rñdeẽ eñ q lȝ
actio forme accidẽtalis dependeat
ab actione forme substãtialis sic eẽ
esse accidẽtis dependet ab esse sub
stãtiali tñ sicut diuina virtute datur
spẽbus sacramẽtalib⁹ vt possint eẽ
sine substãtia. ita daẽ eis vt pñt age
re naturaliẽ sine virtute forme sub
stãtialis. nõ aũt sine ṽtute dei a q̃ si
cut a p̃ agẽte dependet ois actio et
substãtialis ⁊ accidẽtalis. ꝉȝ. ex thõ.
tercia par. summe questio. lxxvij.

Secũda qõ magis in spãli

An hec species sacramẽtalis cru
entata possit ea facilitate corrũpi.
qua species alba panis cum cete
ris accidentibus naturali subiacẽt
corruptioni.

Conclusio.

¶ Cum hec species cruentata sit ex speciali virtute diuina superindu- cta a corruptionis facilitate omni- no manet seclusa.

¶ Correlarium.

¶ Licet in consueto altaris sacram- to species sacramētales sepe natu- rales corruptiones patiantur hec tñ species cruētata nisi in pristinaꝫ redeat albedinem corrumpi non p̄ sumitur.

¶ Probatio conclusionis

Quo ad primā eiꝰ ptē nō habꝫ difficultatē cū vltra ꝟtutē cōsecra- tionis qua substantia panis fuit in substantiā xp̄i corporis cōuersa sic in quolibet alio cōsueto altaris sac̄ mento. imo ꝛ vltra virtuteꝫ spālem diuinā qua ipa accidētia sine natu- rali subiecto sustentanꝛ specialis di uina virtꝰ apparuit in miraculosa mutatione ꝯsuete spēi panis in hāc sanguineā de qua tractamꝰ specieꝫ carnis. similiter nec hꝫ difficultatē quo ad scd̄am eius parteꝫ qd̄ vide- licet hec species a facilitate corru- ptionis materialis oīno sit seclu- sa. patet ex p̄habitis qꝛ eīn deus nō causa tendēdi ad nō esse cū ipe solꝰ sit ad quē non esse nō pōt ꝑtingere ꝛ hoc spāliter vbi preter ꝯsuetū cur sum nature ꝑ se opatur sicut hic in specierū trāsmutatione patuit. idō oīno hic species cruētata a corrupti onis ꝓprietate vt sic manet seclu- sa ꝓut ꝛ clarius in correlario dedu cetur.

¶ Probatio correlarij.

